ligentia. qz scribit Sap. xiij. Vani sūt oēs homines in q̄bꝫ nō est sciētia dei. Dicit notanter scientia dei. nam dicit apls Ro. viij. Prudentia carnis mors est. prudētia autē spūs vita ⁊ pax. Propter ꝙ nō est pax in ecclesia. quia prelati nō habēt prudētiā spūs. sz magis prudentiā carnis et mūdi que mortē ⁊ lites facit. Jaco iij. Nō ē ista sapia desursum descēdens. sz terrena aialis. deifica aūt desursū est. Primū q̄dem pudica ē. deinde pacifica. modesta. suadibil. bonis ꝓsentiēs. plēa misericordia ⁊ fructibꝫ bonis. iudicās sine simulatōe. Baruch. iij. Disce vbi sit prudentia. vbi virtus. vbi itellect⁹ ⁊ sciētia simul. vbi sit diuturnitas vite et virtus. ⁊ infra. Vbi sūt ꝓncipes gentiū qui dominant sup bestias que sunt sup terrā. qui in auibꝫ celi ludunt. q̄ argentū thesaurisant in q̄ ꝓfidunt hoīes. ⁊ nō ē finis acq̄sitōis eoꝝ. fodit. exterminati sunt ⁊ ad īferos descēderūt ⁊ alij in locū eoꝝ exurrexerūt. Filij q̄q agar exq̄sierūt prudentiā que de terra est. Quales sunt alij ꝓlati nr̄i tpis. Sextus q̄dus est zelus animaꝝ. sine quo nullꝰ debet ꝓfici in ꝓlatū. Jō xps ter interrogauit petrū de amore suo. Joh. vlti. ⁊ postea ꝓmisit ei custodiā ouiū suarū. Sed hodie dest zelꝰ animaꝝ ⁊ adest ipletio bursaꝝ. Eze chielis. xxxiij. Dispersе sunt oues mee eo ꝙ nō esset pastor. ⁊ facte sunt in deuorationez oīm bestiaꝝ. ꝓpter qđ coaceruati pereunt oēs vt conq̄rit Bern. Cadit asina ⁊ est qui sublleuet. cadit anima ñ est q̄ cogitet. Talibꝫ pastoribꝫ minat dns Ezechiel. xxxiij. Pastores audite verbū dñi. egoipe req̄ram oues meas Et ꝙ fiet cū dicet. Redde rōem villicatōnis tue. tūc implebit illud Eze. xxxiij. Ue pastoribꝫ q̄ pascunt semetipos. Simon de cassia. Ue significat eternā dānatōnem. Tūc subdit. Et in circuitu sedis. i. ꝓlatoꝝ quattuor animalia. i. q̄ttuor euāgeliste quoꝝ doctrina ꝓlati fulciunt. Unde Hiero. in ꝓlogo super Marcū. Licz plures fuerūt q̄ scripserūt euangelia. tñ tm̄ q̄ttuor sunt q̄ habēt autoritatis testimoniū. q̄ p q̄ttuor ptes mūdi fidē nūciant trinitatis. Et sunt q̄si q̄ttuor rote i quadriga dñi. Et sic alioꝝ euāgelia nō sunt recepta. qz iste numerꝰ figuratꝰ est ꝓmo Gen. ij. in q̄ttuor fluminibꝫ de paradiso egredientibꝫ. q̄ irrigant vniuersam terrā. Secdo in quattuor angulis arche testamēti. Exo. xxv. Tercō in quattuor cornibus altaris holocaustoꝝ. Exo. xxvij. Quarto in q̄ttuor deambulatoribꝫ dom⁹ salomōis. iij. Regū. vij. Quito in quattuor ventis mortuos viuificātibꝫ. Eze chiel. xxxvij. Sexto in quattuor fabris cornua hereseos deꝰcētibꝫ. Zach. i. Septio i q̄ttuor q̄drigis ꝓ orbē discurrētibꝫ. Plena oculis ante et retro. i. ꝙ scripserunt de ꝓteritis et futuris. Et primū animal simile leoni. ꝓ qđ ꝛ intelligit marc⁹. qui est leo ꝓ deserti rugiēs sic incipit euangeliū suū. Vox clamātis in deserto. Secdm aial simile vitulo. ꝓ quod itelligitur Lucas. q̄ de sacrificio qđ maxime fit de vitulis inchoauit. Tercīū aial habens faciē quasi hoīs. ꝓ qđ itelligit matthe⁹. q̄ humanā christi generatiōem describens incipit. Liber generatōis ihu xpi. Quartū aial sile aq̄le volanti. ꝓ qđ intelligit iohes. ¶ Nā aq̄la habet q̄nq; notabiles ꝓprietates. Primo speciositatē. secdo generositatē. tercio callliditatem. i. deceptōem. quarto visus acuitatē. q̄nto volatus velocitatē. ¶ Dixi ꝓmo aq̄la habet speciositatē. ⁊ ei⁹ speciositas attendit in tribꝫ. in alaꝝ magnitudine. in mēbrorum lōgitudie. in plumaꝝ plenitudie ⁊ varietate De his tribꝫ scribit Eze. xvij. Aq̄la grādis magnaꝝ alaꝝ. lōgo mēbroꝝ ductu. plēa plumis ⁊ varietate. Prio iohes habuit alaruꝝ magnitudinē. qz altissime volauit. volauit enī paul⁹ ad tercīū celū. sz iohes sup oēs celū. s. vsq; ad ipm deū. Nā sic dicit Aug. super Joh. Nisi iohes esset sup oia eleuat⁹ nō ita ascēdisset in celū. Ideo canit ecclia. Volat auis sine meta ꝙ nec vates nec ꝓpheta euolauit altius. Et si alti⁹ volasset dic Origeomnē intellectū hūanū trāscēdisset. Secundo habuit membroꝝ longitudinē. Membra aie sunt ꝟtutes aie. que tūc longe sūt q̄ndo sunt perseuerātes et cōtinue. Hāc longitudinē habuit btūs iohes. qz habere cepit ꝟtutes a iuuētute ⁊ vsq; ad senectutē pseuerauit. ps. lxx. Deꝰ docuisti me a iuuētute mea. ⁊ vsq; nūc pnūciabo mirabilia tua. ⁊ vsq; ad senectā ⁊ senīū ne derelinquas me. vt habēt ī legēda ꝙ dixit. Custodisti corp⁹ meū ab oīni pollutōe. ⁊ aiam meā illumiasti ⁊ nō derelisti me. Tercio habuit plenitudinē ⁊ varietatem plumaꝝ. id ē abundantiā ⁊ diuersitatē virtutū. O q̄z pulcra varietas nigredo humilitatis. albedo puritatis. ⁊ rubedo charitatis. Ipe enī habuit nigredinē hūilitatis. cum de se loquit tanq̄z de alio nō exp̄mit nomen suū. sed causa ꝓfunde hūilitatis dixit. vidit illum discipulū quem diligebat ihesus Habuit etiam albedinē puritatis. quia virgo electus a dño. ⁊ rubedinē charitatis.

# De scto Johāne euāgelista

qz dei amore inflāmat⁹ fuit. Cantic. v. Dilectus meus cādidus et rubicūd⁹. electꝰ ex milib⁹. rubicūd⁹ ppt charitatē. electꝰ ex milib⁹ ꝓpter ꝓfundā hūilitatē. Scdo aq̄la habz generositatē. Nā ei⁹ generositas attendit in q̄ttuor. Primo nā circa nidū suū nō venat sz a nido lōge venari dicit. Scdo pdā suā non sola ꝫ medit. sed partē alijs auib⁹ erelinq̄t. Tercio qz filios negencres abijcit. vt dic̄ Isido. pullos suos radijs solis obijcit. q̄s vi derit immobilē tenere acie fouet et nutrit. q̄s vero intuitū videt flectere a sole hos tanq̄z negenerel abijcit. Quarto qz p salute filiorū coz suū ponit. cū enī sentit sagittarioz insidias. pullos suos i dorso portat vt si sagitta ꝫ eos dirigat ictū ipa recipiat. Istā q̄druplicē generositatē habuit btūs iohānes. Primo quia in locis vicinis t ꝓpinquis in h̄ mūdo venatus nō fuit sed longe. s. in celū abijt. Et illud verbū quod erat in ꝓncipio apud deuꝫ venatus fuit. Ideo exꝓphetia Ezech. xvij. Aq̄la grādis &c. venit ad libanū. i ad celuꝫ. t tulit medullā cedri. Cedrus est christ⁹ altus potētia t maiestate. hic habz corticez. i. humanitatē. t medullā. i. deitatē. Ceteri euāgeliste tulerūt corticem. qz versati sunt circa humanitatē christi. hic autē tulit medullā. qz ꝙ satus ē circa diuinitatē occultā. Venatus est Marc⁹ in loc̄ vicinis. qz dicta matthei collegit t in euāgelio suo posuit. Venatus est matthe⁹ in locis vicinis. qz carnalez christi generatiōem texuit. Venat⁹ ē Lucas in locis vicinis. qz xpi infantiā disseruit t a a virgine maria didicit et ꝺscripsit. Sz iohānes in locis vicinis venari noluit. qz nec dicta alioz euāgelistaz implicauit. sz sua p/ ꝓa nobis exhibuit. nec texuit xpi camalē natiuitatē sed celestē. nec disseruit ei⁹ infantiā. sed gl'iam sempiternā. Iō dicit btūs Aug. sup Joh. Alīi euāgeliste vt alalia in terra g/ diunt. siue leo siue vitul⁹ siue hō. qz tres euāgeliste maxime occupati sunt in his q̄ xps in carne opatus est. Johes ꝙ super nubila infirmitatis humane quasi in celū volat. et lucē incōmutabilis veritatis acutissimis oculis intuet. Secūdo pdam suā nō sola ꝫ medit. Et sic btūs iohes pdam quā de celo cepit sol⁹ nō comedit sicut paul⁹. cui nō licuit loq̄ secretū qđ i celo vidit. sicut testat. ij. Chorin. xij. Scio hoiem raptū in paradisuz. t audiuit archana que nō licent homini loqui. Sup q̄ dicit glo. Nico. de lyra. q h̄ ipi paulo reuelatū est q ex intuitu primo in oib⁹ hoibus cognouit q̄s esset p̄destinat⁹ ad gloriā. t q̄s ad penā. Ne igit̄ possent audaci⁹ peccare h̄ paulus sibi reſuauit. Sed iohes predam quā sup oīe celū rapuit sol⁹ nō māducauit. qz eā largiter p̄dicauit. et in scptis reliq̄t. De quo Orige. Paul⁹ audiuit ꝙba q̄ nō licent homi loqui. Johes intime ꝓtatis inspector i padiso padisoz. i. causa oīm audiuit vnicū ꝙbū p qđ facta sunt oīa. qđ et licuit loq̄ t q̄z tum pōt hoib⁹ p̄dicari. Tercio generositas ei⁹ cognoscit i hoc qz filios ad lucē sol' ducit. odientes lucē damnabiles iudicat. amātes aut lucē filios ꝓpos reputat. h̄ fecit. i. Joh. i. Deus lux est. t tenebre in eo nō sunt vlle. Si dixerim⁹ q societatē cū eo habem⁹ et in tenebris ambulam⁹ mētimur. Si aūt in luce ābulam⁹: sicut ipe ē in luce societatē habemus adinuicē. Sed lucē odientes ipe abijcit. vt habet Joh. iij. Hoc est iudiciū. i. causa iudicij. s. damnatōis. lux venit in mūdū t homines magis dilexerūt tenebras q̄z lucē. sc̄dit. Qui male ägit odit lucē. Quarto ei⁹ generositas attendit in hoc. qz p salute filioz se morti exposuit quādo venenū p eoz ꝫuersione bibit. sicut canit ecclia. Vaurit vir⁹ hic letale. Ideo pt dicere cū apl'o. ij. ad Cho. xij. Ego libentissime impēdam. s. corpus meuz exponēdo morti. t supimpēdar p aīabꝫ vestris. s. rōes reddēdo t passiones sustinendo. Et h̄ bene exēplo demōstrauit. vt refert Clemens in. iij. li. eccl'iastice hist'orie q quodam tpe quendā pulcrū iuueuē et ferocē cōtit. et cuidā ep̄o ꝫmēdauit. vt patet in passionali. q̄re ibidem. Tercio aq̄la habz callidita/ tem. t ei⁹ calliditas attendit in tribꝫ. Primo quia in nido suo lapides virtutē habentes fugādi serpētes pōnit. Scdo qz pullos volare instruit. Tercio qz nidū suū i tuto loco stabilit. Istā triplicē sapientiā seu callidita/ tē habuit btūs iohes. Primo qz i nido suo. i. i euāgelio lapides fugātes ꝓpētes. i. hereticos posuit. Un⁹ lapis fuit cū dixit. In ꝓncipio/ id ē i eternitate erat ꝙbū. Et ille lapis fugauit serpentē q̄ dixit filium ꝓncipiū habuisse. Cōtra quē dixit Athanasi⁹. Eter⁹ p̄r. eternus fili⁹. eternus spūssctūs. Ali⁹ lapis fuit cū dixit. t verbū erat apud deū. Et hūc lapidem posuit ad fugāduz Tabelliū. q̄ dixit q̄ nulla esset ibi distinctio personaz. Cōtra quē dicit Athanasi⁹. Alia ē enī ꝑsona patris. alia filij. alia spiritussancti. Tercius lapis fuit. t deus erat verbum. Istum lapidem posuit cōtra arriū qui dixit filium minorem patre.

# Sermo CXXVII

Contra quē dicit Athanasi⁹. Patris ⁊ filij ⁊ spūssancti vna ē diuitas. equal' gl'ia. coeterna maiestas. Quartus lapis. oia p ipm facta sunt. Et hunc lapidem posuit ꝺ hereticū manicheū. qui dixit visibilia oia creata a demone et nō a deo. Contra quē canit ⁊ legit ecclesia i simbolo. Credo in vnū dēū patrē omnipotentē creatorē celi ⁊ terre visibiliū oim ⁊ invisibiliū. Quit⁹ lapis ē. & bū caro factū ē. quē iterꝫ posuit ꝺ manicheū q̄ dixit christū nō habuisse humanū corpus sed fantasticū. Secūda calliditas seu prudentia aq̄le est q̄ pullos suos volare instruit. ⁊ sic btūs iohannes fecit. paruos instruebat paruuꝫ facere volatum. s. vitare peccatū. i. Joh. ij. Scribo vob vt nō peccetis. sed si q̄s peccauerit aduocatū habemus apd deū p̄rem q̄. ppiciatio est p peccatis nr̄is. Mediocres et p̄ficientes istruit ad altiorē volatū. s. ad despiciendū mundum. i. Joh. ij. Nolite diligere mundū neq̄ ea q̄ i mūdo sunt. si q̄s diligit mūdū non est charitas p̄ris in eo. Perfectos autē instruit ad altissimū volatū. s. ad pfectōez. vt ad appetendū martiriū. i. Joh. iij. Ille p nob aiaꝫ suam posuit. ⁊ nos debemus p fratribꝫ aias ponere. Tercia calliditas. nidū suū i tuto loco stabilit. Job. xxxix. In arduis ponit nidū suū. in petris manet. Et sic btūs iohes nidū suum. i. mansionē in tuto loco. i. i celo collocauit. qđ p bona opa compauit. dicēs cū apostolo Phil'. iij. Nr̄a ꝓuersatio in cel' ē. Et i petra. i. in christo cōstituit mansionē. i. Thor. x. Petra autē erat xp̄s. Et hꝫ ppter securitatem. qz ipe dixit Joh. xvi. In mūdo pressuraꝫ habebitis. i me autē pacē. Quarto aquila habꝫ visus acuitatē. Unde dicit Isid⁹. q̄ aq̄la ab acumie oc'oꝝ ē dicta. tāte enī acuitatis ē oꝝ q̄ sup maria imobilī pēna ferāt. nec humanis pateat aspectib⁹. piscicl'os natare videat. Et hꝫ visus irreuerberatōem. qz solē irreuerberatis ocul' intuet. vt dicit Aug⁹. Sic btūs iohes habuit visus acuitatē. qz i terra positus celestia vidit. Job. xxxix. Oculi ei⁹ de lōge p̄spiciūt. Johes ꝺo de longe p̄spexit. qz de terra vsq̄ ad celū vidit. Tcio habuit visus irreuerberatōem. ipe enī diuio edoct⁹ spū irreuerberatis intelligentie ocul' naturā ꝺbi eandem esse cū p̄re et spūsctō vidit et docuit. Unde ppter ei⁹ altissimā intelligentiā Dyonisius i epl'a quā ei scribit vocat eū euāgelij solem. et ei⁹ doctrinā splendidū radium. Tercio habuit in visu renouatōem. sicut aq̄la cū caligāt ei⁹ oculi in fontē se p̄icit. ⁊ sicī plumis et oculis renouatōez accipit. Sicꝫ atus Johānes fuit renouat⁹ cū seneſceret. ñ a mūdi vetustate. sed p̄ius q̄z seq̄rek xp̄m pas sus ē caligunē oc'oꝝ. qz intellectū habuit min⁹ clauꝫ ad videndū spūalia. q̄diu q̄rebat carnalia sensit alauꝫ gnedinē. qz affect⁹ desiderij sui q̄ ꝺbebat ferri sursuz terrēis iherebat. Sz q̄d fecit. sic aq̄la ascēdit i aera. i. cogitādo oia in mūdo foꝛe trāsitoria. Et sic icalescit aq̄la in aera se eleuādo. sic btūs iohes incaluit in amoꝛe celestiū. ⁊ venit ad fontē. i. ad christū vbi ad instar aq̄le renouatus ē in oculis aīe. sez i intellectu ⁊ affectu. in intellectu ad cogn̄scendū. in affectu ad diligēdū. de q̄ p̄s. cij. Renouabit vt aq̄le iuuēt⁹ tua. O iueterate peccatoꝛ accipe hodie exemplū ꝓfusionis tue. si caligāt oculi tui p̄ vetustate peccati vt ñ possent videre q̄ aie tue sunt necessaria. si ingraueſcant ale tue vt nō possit mēs tua ferri sursum ad ꝺtēplādū celestia. fac sic aq̄la. ascēde p aera ꝺtēplādo hui⁹ mūdi instabilitatē. curre ad fontē viuū. i. ad christū. De q̄ p̄s. xxxv. Q̄ne apud te est fons vite. Quere gr̄az eius ⁊ sic a peccato mūdaberis. ⁊ spiritu renouaberis. De quo apl's Eph. iiij. Renouami i spū mentis vestre. ⁊ induite nouū hoīem qui sm deum creatus est in iusticia ⁊ sctitate veritatis. Quinto aquila habꝫ volatus velocitatē. Nam aq̄la volat velociter. sublimiter ⁊ infatigabiliter. Primo volat velociter. ij. Regum. i. vbi cōmēdat dauid saul ⁊ Jonathā dicens. Aquilis velociores ⁊ leonib⁹ fortiores. vbi innuit aquilā velocē. Secundo aq̄la volat sublimiter. Prouer. xxx. Tria sunt mihi difficilia. viā aquile i celoꝛe. Tercō volat infatigabiliter. Unde Isa. xl. Qui sperāt in deo mutabunt fortitudinē. assument pēnas sicut aq̄le. curr̄et et nō laboꝛabūt. ambulabūt ⁊ nō deficiēt. Sic btūs iohes ad istar aquile volauit p̄mo velociter. sicut dic Ambro. in li. sermonū. Volare non p̄t nisi qđ purum leue ⁊ subtile est. Btūs ergo iohes volauit velociter. quia fuit purus sine admixtione terrene cupiditatis Mat. iiij. Dia reliqt rete nauē ⁊ p̄rem. Fuit leuis sine pōderosita te carnal' ocupiscētie. qz ꝺgo a dño elect⁹. at qz inter ceteros magis dilect⁹. Fuit subtilis sine grossicie sup̄bie. Secūdo volauit sublimiter. qz omnia creata trāscēdit. ⁊ vsq̄ ad creatoꝛē deuenit. Aug. sup Joh. Transcēdit iohānes omnia cacumia terrarū. omnes campos aeris: omnes altitudines siderum. omnes choꝛos et legiones angelorū. Nisi enim

# De Innocentibus

trāscēderet omnia illa que creata sunt. nō p/ueniret ad eū p quē oīa facta sunt. Jō Orig. Johes velut aq̄la supuolat nō solū q̄ intel/ligi vl̄ dici pñt. verū etiā q̄ oēm intellectū ex cedunt. Jō Job. xxxix. Nūq̄d ad p̄ceptum tuū eleuabit aquila. q. d. Aq̄la nō hz ab ho mine q̄ ita alte volat sed a deo. Et sic btūs Io hānes a deo habuit q̄ ita pfunde dō diuitate scp̄sit. z alij tres euāgeliste de hūanitate. ad si gnificādū q̄ paucor ē cogitare de diuinita/te. plimor dō hūanitate. Uñ btūs paul⁹ qui fuit rapt⁹ sup terciū celū ille dixit. i. Thor. ij. Nō enī iudicaui me scire aliq̄d iter vos nisi ihm xp̄m z hūc crucifixū. Sz heu sunt aliq̄ stulti simplices q̄ volūt se occupare de diuita te. z iō labūt in errores. Notra q̄s apl's Ro. xi. Noli altū sape sz time. scribit enī puerb. xxv. Qui pscrutator est maiestat̄ opp̄met a gl'ia. Jō Ecci. iij. Altiora te ne q̄sieris. z for tiora te ne scrutat⁹ fueris. sz q̄ p̄cepit tibi de illa cogita sp. Sz sufficit ad salutē cogitare de hūanitate in q̄ nos redemit q̄ p nob hō factus ē. passus mortu⁹ z sepult⁹. resurrexit z ascēdit. z totū mūdū iudicabit. Et h̄ habe mus q̄ eū amare z laudare dēmus z timere. Eccl'es vlti. Time deū z mādata ei⁹ obſua h̄ ē ois hō obligat ad h̄. Tercio volauit ifati/gabil'r. z h̄ p amorem. qz q̄ amat nō laborat. Aug. Ubi amor ibi ñ labor sz sapor. Et tl'es volāt infatigabil'r. vt dic̄ Amb. i li. de ysaac. Charitas hz alas ignis ardētes vt volet p pectora z corda sctōr. q̄ exurit q̄cq̄d materia le et terrenū est. q̄cq̄d vo sincer meliorat suo igne.

De Innocentibus Sermo xxviij.

Herodes iratus qz illusus essz a magis occidit oēs pueros q̄ erāt i bethleē et i oib finiby ei⁹. scribit Mat. ij. z legit hodierna die p euāgelicali officio. Ait Hugo i didasco licon li. iiij. dicit. Fum⁹ q̄ egredit ex ligni humidis oc'os amaricat. lachrimas puocat. z visum ledit humanū. Et nō solū ledit homi nes sed z apes z accipitres. ideo eor sessio a locis fumosis debet remoueri. Sp̄ualiter p fumū lignor madidor itelligit ira diuitū et potentū. Nō qz sicut fum⁹ cito i altū ascendit z subito euanescit. sic ira potētū quā dñs exercēt nō diu durat. qz sunt quasi fum⁹ qui a vēto diffusus est. i. dissolutus. Sap. v. z fi/gurat. q. Macha. xv. de nicanore q̄ i ira sua voluit pellere filios isr̄l vt derelinq̄rent sab bata. cū iudei dicerēt sibi. Dei⁹ potes ēi celo q̄ iussit die sabbati celebrari. rñdit pterue in ira sua. Et ego potēs in terra q̄ iubeo assume re arma. Ecce q̄liter fumigauit sz nō diu dura uit. qz sic legit in eodē ca. q̄si circa finē. Ju das machabe⁹ exhortatus est pplm z dñs ipm iuit pugnatur⁹. Cūq̄z deū i cordibz suis iuo cassent pstrauit. xxv. milia ex hostibz. inter quos nicanor succubuit cū armis suis. z p/cepit iudas caput ei⁹ et manū cū humero ab scidi z in hierusalē referri. Licz enī tales potē tes nō diu durāt. interim tñ dū viuūt ama ricant oc'os. i. bonos hoies. q̄ cū Job dicere pñt. Oculi⁹ fui ceco. Job. xxix. Et mltoties eos puocant ad fletū. sicut ptz i p̄senti euāge lio vbi dr. q̄ mres deflebāt filios q̄s herodes occidit. dō q̄ thema. Herodes irat⁹ ꝛc. In summa euāgelij tria innuūt. Prio ammoni/tio angelica amorosa. Scdo pscutō tyrāni ca iuidiosa. Tercio lamētatio mrnica lachri mosa. Primū patz i p̄ncipio. scdm ibi. hero/des videns. terciū ibi. vox i rama audita est.

Dep̄mo dicit. In illo tpe. die Naymo. post q̄z magi fecerūt oblatōez dño. z p aliā viam reūsi sunt in regiōem suā. z nihil herodi rnū ciatū est a magis. credidit reges p stellā fore deceptos. z iō ad se p̄ ofusiōe nō reūsos. a q̄/rēdo puero q̄euit. sz tpe purificatōis oblato puero in tēplo. z a simeone iusto p̄dicato et manifestato. fil'r ab anna pphetissa corā om ni ppl'o. tūc Herodes cogitauit occidere pu erū. Uñ dicunt aliq̄ q̄ hec fuga xp̄i et marie z ioseph facta est in vigilia pasce. Et ꝛ Et ogrubat illa nocte. qz eadē nocte mlto tēpe ante ppl's israel ducebat p moysen dō egypto Ad significādū igit̄ exp̄ iudei essent ingti nō vellent suscipe iesum. ideo reūsus i egiptū si gnificauit se gentiles velle suscipe. Et h̄ ptz quādo christ⁹ fugit in egiptū non fuit ople te vnius medij anni. sed tante etatis q̄ntuz est a natiuitate christi vsq̄z ad festum pasce.

Sz di. exp̄ tūc factū ē quare illud hodie ec clesia celebrat. Rñdet iō. qz statim herodes postq̄z audiuit natiuitatē xp̄i a pastoribz. fil'r a tribz regibz itēdebat occidere puez. licz il/lud ppter causam supr̄ posita dimisit. Et sic eccl'ia hic recolit malā volūtatē herodis q̄ p facto accipit. quā etiā postea facto oñdit. De us q̄ h̄ p̄uidēs āmonuit Joseph p angelū. De q̄ dr. Angel⁹ dñi. Naymo. id ē. gabri el minister dominice incarnatiōis apparuit in somnis ioseph. Ad. Sed di. quare in

somnis et non in vigilia. sicut pastoribus. marie et zacharie. Rñdet. p̄ma rō ē fm Chrisō. qz fuit vir iust⁹ z valō fidel'. z iō nō idigebat manifesta reuelatōne. sicut pastores q̄ rudes erant. virgo autē indigebat q̄si in primo de martinis instruēda. Sil'r z zacharias indi/guit q̄ non ita credul⁹ fuit. vt ptz Un. i. Se cūda iuxta Remigiū. p̄ hō significat mystice q̄ illi q̄ a curis terrenis z secularib⁹ negocijs vacāt et reḡescunt. angelor custodiā merent z visionē adesse. Et tales possunt dicere cuz sponsa Cañ. v. Ego dormio z cor meū vigi/lat. Tercia rō. i hō rcōmēdat diligētia ioseph Unde credendū ē q̄ tpe nocturno valde oc/cupauit se quō digne xp̄o z matri benedicte posset famulari. intrātū etiā q̄ i tali obdormi uit. Et eo sic dormiēte angel⁹ apparuit sibi dicēs. Surge z accipe puez z mr̄em eius. Chriſ. sup Mat. Nō dixit. accipe mr̄em et puez ei⁹. Iz ecōtrario. qz nō ppt mr̄em eius ascisc̄it Iz ppter puez mr̄ addita ē. Nota q̄ illō ordinē triū p̄sōar. s. ihesu marie z ioseph legit pluries simul fuisse. Prio illō ordine inuenit i stabulo in bethleem. Luc. ij. Pasto res inuenerūt mariā z ioseph z infantē posi/tū in p̄sepio. Scdo i effugiēdo i egiptū sic h. Tercio i redeūdo de egipto. Matt. ij. Ecce gn̄elus dñi apparuit i somnis ioseph i egi/pto dicens. Surge z accipe puez z mr̄ez ei⁹. z vade in terrā isr̄l. defuncti sunt ei q̄ q̄rebāt animam pueri. nobis in exemplū. Siue enī he/rodem. i. diabolū fugias. siue de egipto. i. de pctō redeas. siue in bethleem. i. in gr̄a mane as. sp habeas tecū mariā. i. amaritudinē pēni tentie. z puez ihesum. i. puritatem ordinē. et io seph. i. augmētū v̄tutis z gr̄e. Subdit. z fu ge in egiptū. Dñe. Sz di. quare in egiptū z nō in aliā regionē. cū inter oēs terras egi/ptus magis ostraria fuit ppl'o suo. Rñdet p̄/mo in hō oñdit magnā miseric̄ordiā suā. qz ñ solū hostes suos miseric̄orditer suscipit. sz eti am eos querit. Un̄ Chriſo. Recordat⁹ dñs qz nō in finē irascit. iō misit filium suum in egyptū vt daret illi magne recōciliatiōis si/gnū z ppetue amicicie pign⁹. Scdo vt cul/tū idolatrie euacuaret et scp̄turā ipleret Isa. xix. Ingredietur dñs egiptū z omouebunt si/mulacra egipti a facie ei⁹. Un̄ dic̄ Mat. de crac. sup hō euangelio q̄ eadē nocte dñs egi/ptū intrauit q̄ ppl's inde exiuit. z sic nō fuit dom⁹ in q̄ nō iacebat p̄mogenitū mortuū fi lij isr̄l egredientib⁹. ita tūc nō fuit templū in q̄ nō corruisset idolū. Et sic ammonitio āge lica nō potuit bñ fieri in vigilia pasce Iz ma/gis p⁹ tps purificatōis marie. vt vult Aug. Tercio voluit xp̄s fugere in egiptū ad signi ficandū gentiū susceptōem. iuxta illō Actu. xiij. Vobis oportebat p̄mo loq̄ verbū dei. Iz q̄m repulistis illō z indignos vos iudicastis eterne vite. ecce ꝺūtimur ad gentes. sic enī p̄ cepit nob dñs. Et ppter has rōes p̄ncipali ter dixit angel⁹. fuge in egiptū. futuz est enī vt herodes q̄rat pueruz ad p̄dendū eū. Qui surgēs accepit puez z mr̄em ei⁹ z recessit in egiptū. Dicit Chriſ. potuisset ioseph dixis/se. O angele dei. nōne tu p̄dixisti mihi. qz q̄d nasc̄et ex ea de spūsctō ē. z quō iudei nos fu/gere. quō fil⁹ dei ante hoiem fugit. aut q̄s li/beret de inimicis si z ipe inimicos suos timet Ec Secūdū mlt'iplici de causa fugere volu it. Prio fm Chriſ. ppter nature hūane ostē sionē. Nam si se occultasset vl' v̄tute diuina se inuisibilē fecisset. de v̄itate hūane nature z v̄tute diuina aliq̄ dubitassent. Scdo fm Bedā ppter nr̄am exēplificatōez. Joh. xiij. Exēplū enī dedi vobis vt et vos ita faciatis Futuz enī sciuit q̄ ipe p̄secuturi essent i suis fideli/bus. Ut igit licite rabiē p̄seqntiū tpe posset decliare dedit eis exēplū ope sil'r z v̄bo Mat. x. Si p̄secuti vos fuerit i vna ciuitate fugite in aliā. Tercio nob in ꝺsolatōez. Nā si fide les sui spūal' nati deo fuerint z deo future ice/perint z tūc tribulatōes z temptatōes statiz euenerint. in hō nō debemus turbari Iz ꝺsola/ri. Bern̄. Quicq̄d diligit a deo impugnat a diabolo. et Aug. Magna ꝺsolatio ē mēbrū ex capite. Nam ipe dixit Joh. xv. Si me p/secuti sunt z vos p̄sequent. Un̄ Hieron̄. In cunabulis etiā nō defuit inimicitas p̄mēs z iu/sticia patiēs. Adhuc xp̄s i cunabul' erat z co gebāt eū fugere z exulare. Quarto fugit ppt fidei ꝺfirmatōz. Si ei i tā tenera etate mor tuus fuiss̄ q̄s credidiss̄ puez tā puulū n̄ lo q̄ntē. nō decētē. nō mirabilia opantē fuisse deū et hoiez. z volūtarie passuz p̄ salute mū di. Jō Aug. sup Joh. Poterat nō occidi. nō ledi si vellet. fugit nō timore sed dispēsatōe. optebat ei eū p̄ dicare z mirabilia facere z fidē publicare. iuxta illō Isa. lxi. Spiritus dñi sup me. euāgelisare pauperib⁹ misit me. Postq̄ ät illa facta erāt volūtarie se ad pas sionē obtulit. Un̄ ipe dixit petro volēti eū de fendere. Mat. xxvi. Cōuerte gladiū tuū in locū suū. qz optz vt scp̄ture ipleāt q̄m sic op/tet fieri. Jō Aug. Nō necessitate Iz dispēsa tōne qua pependit in ligno latuit in egipto.

Sequit in textu. Et esto ibi vsq; dū dicā tibi. futuꝝ ē enī vt herodes q̄rat puerꝝ ad perdendū eū. s. p morte. Ubi Aug. Putabat ei infelix tiran⁹ p aductū salutatoris se a regali solio detrudēdū. sz nō erat ita. nō enī ad hoc venit xps vt alienā gl̄iam q̄reret. sz vt suā donaret. nō venerat vt regnū terrestre arriperet sed vt celeste cōmunicaret. nō venerat ad ptātes t dignitates rapiēdas sz ad cōtēnendas t iurias pferēdas. nō venerat vt sacꝝ illud caput diademate gēmato coronaret. sz vt coronā spineā portaret. nō venerat vt cōstitueret sup sceptꝝ magnific⁹ sz vt crucifigeret illusus. hec Aug. Idcirco sine causa q̄siuit eū ad pdendū. ¶ Hz di. q̄diu fuit ieſus i egipto cū egiptijs. Rndet q̄ septem annis i ciuitate hermoli. Moral. ad significādū q̄ xps septemplicē misericordiā in hoc mūdo cōmūicat peccatoribus in egipto. i. i tenebris peccatorū existētibus. De q̄bus dicit Bern. in ſmōe q̄ incipit. Misericordias dñi. ¶ Pria est a peccatis pseruatio q̄ a multis peccatis me in hoc seculo custodiuit. Quis enī nō videat q̄ sic i multa cecidi: sic in plura potuissem cecidisse nisi misericordia dei me cōseruasset. Nā nullum est peccatū q̄d ppetrauit alter q̄n tu facere potuisses nisi dñs ex spēali misericordia te cōseruasset. ps. xciij. Nisi q̄ dñs adiuuit me paulomin⁹ habitasset in inferno aia mea. ¶ Scōa misericordia est occasionis peccandi subtractio. Osee. ij. Ego vias tuas sepiā spinis. t in semitis ei⁹ nō inueniaris. Euenit aliq̄n q̄ hō intēdit malū facere. t dñs de⁹ ex misericordia aliq̄n ponit medium vt nō pficiat. sic bto paulo Act. ix. q̄ fuit praue intētionis vinctos pducere in hierusalē omēs q̄ ositerēt christū At sic supuenit plaga que fuit anie medela ex dei misericordia. At sic hodie fit. De q̄ Hugo. De⁹ multos flagellat ne peccēt. aufert aliq̄n potētias. diuitias. sanitatē corpis. cū quibus impediunt ne volūtatē malā pficiāt. vt impleat illud Prouer. xxvi. Cū defecerint ligna extinguet ignis. Ꝟ est subtractis occasionibꝰ pue cōcupiscentie tūc deficiet et opus. ¶ Tercia misericordia est pñe expectatio Isa. xxx. Expectat vos deus vt misereat vri. Nō solū expectat sed etiā clamat post tergū vt ad ipm cōuertamur Lāti. vi. Reuertere reuertere sulamitis reuertere. Hoc maxime dz mouere peccatorē. Ipe enī ex misericordia dicit Hiere. iij. Si dimiserit vir vxorē suā ob fornicatōem t recesserit ab ea nunq̄d reuert̄ ad eam. nunq̄d nō polluta t cōtaminata est mulier illa. Tu autē fornicata es cū amatoribus multis tn̄ reuertere ad me t ego suscipiā te dic̄ dñs. Od exponens Hre. dicit. Pēsate frēs q̄dusit dei pietas duriciā nr̄am. nō est q̄d excusatōnis q̄ hō nō veniat. de⁹ despicit t expectat. cōtemni se videt et reuocat iniuriātes. iniuriā d cōtemptu suo suscipit t tn̄ dissimulat ac si nesciret. De q̄ Bern. Ego peccabā et tu dissimulabas. ego nō abstinebā a sceleribus t tu abstinebas a verbis. ego plōgabā iniq̄tatem t tu plōgabas pietatē. cur hz̄ ppter penitentiā. Rom. ij. An ignoras q̄m benignitas dei ad penitentiā te adducit. Ideo Hre. Nemo longanimitatē ei⁹ negligat. q̄ q̄nto diutius expectat tāto districti⁹ iudicat. t implet illd Ro. ij. Sm duriciā cordis t impenitēs cōtuā thesaurizas tibi irā in die ire. Jo Ecci. v. Ne tardes conuerti ad dñm de die in diem. ne deleat. misericordia dñi magna est. nā misericordia t ira cito ab illo approximant. ¶ Quarta misericordia est cōtritōnis collatio. Hiere. xxxi. Postq̄ cōuertisti me egi pēniam. Nā cōuersio ve t contritio nō est ab hoīe sed a deo. Ire no. vlti. Cōuerte nos dñe ad te t cōuertemur. Initiū cōuertēdi ad dñm est pēnia quā sine dubio spūs operatur nō noster sed dei. Ad idē ponit exemplū. Quis algens ad ignē venerit t fuerit calefact⁹. nō dubitabit ab igne habuisse calorē quē sine illo habere n̄ potat. Sic q̄ p⁹ sine igne charitatis frigidus erat. t tā feruore penitētie ardet ab igne gr̄e spūsscti p cessisse credat. q̄ dicit Aug⁹. in lib. de pnīa. Vere penitere nō ē hoīs sed gratie dei. Jōo Bern. in ſmone vbi supra. Magnā misericordiā dei cognōsco i me in eo q̄ visitauit cor meum t imutauit illd. vt amara fierēt q̄ p⁹ dulcia erāt. Letabar i rebus pessimis q̄s nūc recogito in amaritudie aie mee. Ideo p̄s. lix. Cōmouisti terrā. i. cor terrenū t conturbasti eam. ¶ Quinta misericordia est peccatorū remissio. Frustra exhiberet pozes misericordias si penitētibus n̄ indulgeret. Ideo scribit. i. Paral. xxi. Vidit dñs et misert⁹ est sup magnitudine mali. De quo Aug. De⁹ tā liberaliter indulget vt iā nō dānet vlciscēdo. nec offūdat improperādo. nec min⁹ diligat iputādo. Sūt aliq̄ q̄ sic condonant iniuriā licz nō vlciscātur opere: sepi⁹ tn̄ improperāt ore. Sūt t alij licz simileant: alta tn̄ mente reposita est indulgētia. Hz de deo nō sic. sed implet illd Eze. xviij. In q̄cunq̄z hora pctōr ingemuerit oīm pctōꝝ ei⁹ nō recordabor ampli⁹. et illd Rom. v. Ubi

abūdāuit delictum supabundabit et gtia. Sexta miſicordia est a recidiuo ꝓpuatio. Unde Ber̄. Magna est miſicordia tua p quā deinceps cōtinēdi z emūdanti⁹ viuendi p̄stitisti virtutē ne recidiuū paterer. z essz nouissimus error peior p̄ori. Idē. qz deteriuſ est reincidere qz incidere. Propt̄ qđ hō ꝓpat aīali bruto. puer. xxvi. Quasi canis q̄ reuertit ad vomitū. sic hō q̄ reiterat stulticiā suā. z. ij. Pet. ij. Quasi sus lota i volutabro luti. Ut igit hō pseueret i bono z tedinet a malo oporteat, forze ex gr̄e et miſicordie dei assistentia. eo p̄ dicit Ber. Cito bonū amittit nisi a largiēte custodiat. ꝓpter qđ inqt Aug. Miſicordie tue deputo p̄ bona ago z mala refuto. Septima misericordia ē virtutū opatio z accumulatio p quas gl̄iaz ꝓsequamur. Un̄ Sap̄. iij. Gr̄a dei z miſicordia ē i sanctos ei⁹. z respect⁹ sup electos illi⁹. An nō est magna dei miſicordia q̄ p vilibꝫ merit⁹ vult nob̄ dare eternā vitā. Un̄ dic̄ Ber̄. Nō sūt talia merita ꝓpter q̄ dat vita eterna nisi ex dei gr̄a. Isti sunt septē ānī. i. septē miſicordie Ber̄. rli. quas exhibet egiptijs. i. pctoribus Tūc sbdit ioseph obedientia. q̄ surgēs nocte accepit puez z mr̄em ei⁹ et secessit i egiptuz. Simon de cassia. Jā incipiebat cudi gladi⁹ doloris cū tenera ples cogeret reguz timore egiptiacas pulicias incolere. vadit peregre angeloz dña. ouginali relicta patria q̄uit ext traneū incolatū. Subdit. Ecce regina mundi egiptiacas ingredit ciuitates. nulla unq̄ cula. nulla pdisequa. nec famuloz copia legit cō comitata. nō curribꝫ aut eq̄s sbuecta. sed vt paupcula incedebat. Cō ducit carpentari⁹ hospitū. introducit mr̄em cū ple. ꝓgregat modicā suppellectilē ad fouēdā matrez z plē. artis carpētarie instrumēta pducit. ici pit inq̄rere si ex illa modicā possz captare stipā. denūciat se in arte pitū. explorat si q̄s cōueniat p mercede vt sustētaret ꝯginē mr̄em z posset alere plē. necnō ob id etiā insinuat se hui⁹ artis magistz ne ociosus aut i fraudez alicui⁹ videret ad illā pulicia accessisse. mr̄ et ꝯgo maria laboribꝫ insistit. z q̄uit sic stipēdia. nullas vicinales visitat edes. Sic nota oibus p modestiā magis q̄z ingrederet limia vicinoz. Admirāt oēs q̄i egipto silis mlier nunq̄z fuit. trahit oēs i sui ꝓsideratoz ꝓpter suam honestatē. velut magnes ad se ferū secreto tractu nature. Nam talē gtiā i matre ꝯgine deus posuit vt nullus eā intuebat q̄n eam diligeret. nec ita diligeret p̄ aliq̄ cōcupiscentia mala insurgeret. Nec meditabatur de amenitate patrie. nec stimulauit ioseph si tēpus repatriādi adesset. nō attediabat pegrinatoīs sufferre incōmoda. nō ꝓturbabat virū multa reficiētia. sed in paucis ꝓtēta z supnis intenta. Et q̄d pater eter⁹ decernat ex pcctat. vt missiōibꝫ diuinis obediat. hec ille. Subdit in textu. Et erat ibi vsq̄ ad obitū herodis. Sed di. qualis fuit ei⁹ obitus. Rndet Eusebi⁹ in ecclīastica hist̄oria libro. i. ca. ix. q̄ herodes cū esset septuagita annoz diuina vltōe pcussus ē. exteri⁹ lēto igne vrebat. interi⁹ vasto incēdio cremabat. intrā tū vt oia viscera sua in scenū paulatim defluerent. verenda quoq̄z illi⁹ ꝓmibꝫ scaturirēt. totūq̄z corpus inflāmat et pedes. anhelit⁹ ei⁹ fetidus vt hoies accedere horrerent. Jussuz est a medicis vt causa alleuatoīs in dolio oleo pleno mitteret. sed nil pderat sed magis deteriorabat. Audiens iudeos cū gaudio mortē suā expectare nobiliores ex omi iudea collegit et in carcerē posuit. Vocauit sororē suā nomine Salome z virū ei⁹ Alexandrum. et ait. Noui iudeos de morte mea gauisuros. sed vt potero mltos habere lugentes mor vt exalauero omnes iudeos q̄s posui in custodiam interficite. vt qui nolūt ex mea morte flere. saltē de nece suoz parentū et amicoz flere coganť. Et ita pmisit soror ei⁹ velle facere Sic in angustia mortis cōstitutus duos filios quos i custodiā posuerat occidi p̄cepit. vt nō solū in extraneis: sed z in ꝓpꝛijs fieret homicida z filicida. Jgit nō valēs tot tor̄m toz genera seu pnas tolerare balneū sibi pparare p̄cepit. z ingressus pomuz sibi afferri iussit. Cūq̄z cultellū i manu teneret vt pomū purgaret tussis violēta i eū ꝓperauit. circumspectis oibꝫ ne q̄s eum phibere posset ictu pprio vibrauit in pectore. ita p̄ infelix misera morte vitā finiuit. Et tūc sororis eius oēs vinctos put ordiauit interfecit. Justo dei iudicio. vt q̄ in necē saluatoris ei ꝓsenserūt. simul cum eo terminū vite darēt. Et ideo mortuo herode z illis iudeis ait angel⁹ ioseph. Accipe puez z mr̄em ei⁹ z reuertere in terrā isr̄l. defuncti sunt enī q̄ q̄rebāt aīam pueri. Ostēdens etiā i necē saluatoris ꝓncipes eoz ꝓsensisse z ꝓpter hꝫ mortuos fuisse. Subdit. vt impleret q̄d dictū ē a dño p ꝓphām. s. Osee. xi. Ex egipto vocaui filiū meum. Nico. de lyra. Ista autoritas hz duplicē sensum litteralē. vn⁹ de filijs isr̄l. alī⁹ ꝓ de dño nr̄o ihu xpo. et perfectius. quia est filius dei naturalis. alij

i

ꝑo sunt filij dei per adoptionē.

Sermo xxix. Ad idem.

# Herodes videſ

Hq illusus esset a magis irat⁹ est valde. Mat.ij. ¶ Legit de siſitudibꝫ reꝝ.li.v. q canis rabid⁹ multas hꝫ ꝓpetates .ſic et hō iracūd⁹ ꝓio ē soliuag⁹. qz sol⁹ vadit. ipm eni alq canes fugiūt. sic hō iracūd⁹ ē soliuag⁹. qz nec amicū nec socīū ꝑt sustinere. Ideo puer. xxij. Noli amic⁹ esse homini iracūdo. Et merito ē fugiēd⁹. qz vir iracūdus ꝓuocat rixas. Prouer. xv. Secū do vadit vt ebri⁹ cadēdo. sic iracūdi. ps. cvi. Turbati sunt z moti sunt vt ebri⁹. z ois sapi entia eoꝝ deuorata ē. Ratio quia dicit Latho. Ira impedit animū ne possit cernere verū. Tercio oē obiectū ipugnat. ac si cecus. sic iracūdus nulli parcit. nō ꝫsiderat iusticiaz qz cecus. Jaco. i. Ira viri iusticiā dei nō operatur. Bre. Si ira mētē semel possederit putat iuste fieri qđ male fit. puer. xxvij. Ira viri nō habz mīsericordiā. Quarto apto ozecurrit. z lignā extra os pēdit. sic iracūd⁹ maledicta ꝟba ꝓfert. z ligna suā ꝓhibere nō ꝑt. qa stultus. Eccles. vij. Ne sis velox ad irascendum. qz ira i sinu stulti requiescit. Habz se iracūd⁹ vt olla bullīes q pinguia cū fecibꝫ emittit. Et sic irat⁹ hō ꝟba cū falsis ꝓmit. puer. xxix. Totū ſpm suū ꝓfert stult⁹. Quito habet oculos rubicūdos ꝓpter feruoꝝ sanguis. z sic iracūdi inclinati sunt ad effusiōz sanguinis. Qualis fuit herodes. qz iratus occidit omnes pueros q erāt i bethleē et i oībꝫ finibus eius. ¶ Ista est scda pars ꝓncipal' in q dixi innuit tirānica persecutio inuidiosa dicens. Herodes videſ qz illusus essz a magis. id ē receptꝰ. eo q nō redirēt ad eū irat⁹ ē valde. ¶ Prio ꝓpter regni zelū. qz timebat se amittere regnū. Chriſ. Reges z ꝓncipes si ex aliq causa irascūt faciliter placant. illa aūt ira inextinguibil' ē quā regni zel⁹ accēdit. Scdo iratus est ꝓpter sui ꝺceptū. Dicit Chriſ. Magi ꝺcenentes herodē addidert causam doloris. quēadmodū fit qui fundit pinguedinē super ignē ardentē mai⁹ facit incendiū. Sic herodes magis incēsus fuit furoze. qz ꝗs ille sedens in throno suo nō potuit ꝑsuadere ꝫsilio. his iesus parul⁹ placuit iacens in ꝑsepio. Tercio irat⁹ ē ꝓpter cesarē metū. qui ꝑcepit q null⁹ sine suo imperio rex diceret. ideo irat⁹ ē. Chriſ. Herodes voluit illudere magos z xp̄m illusus est. Prouſ. xxi. Nō ē prudētia. nō ē sapia neq fortitudo ꝰ dnm. puer. iij. Illusores ipe deludet. Chriſ. Herodes debuit amicari z cepit irasci. Et ira mittēs occidit oēs pueros .i. occidi fecit p milites suos. Glo. interline. Lingua vtit ꝓ gladio. q erāt i bethleē z i oībꝫ finibꝫ eius.

¶ Ecce duo mala i herode. astutia z seuicia. Prio astutia in hoc. qz nō stati fecit occidere pueros. sed ꝑm glo. p⁹ annū et quattuor dies pueroꝝ occisio facta fuit. Distulit ei triplici de causa. Primo ꝓpter discredentiā. qz putabat magos falsa apparitōe esse illusos. Scdo ꝓpter astutiā. vt sic dissimulando puer i mediū deduceret z appareret. Tercio ꝓpter morā ꝺcā. quia fuit ipeditus. qz citatus ad curiā romanā ad petitōez suoꝝ filioꝝ. s. Aristoboli et Alexandri q ipm accusauerūt apud cesarē. Et ideo nō fuit ausus tūc pueros interficere ne cū aliꝭ facinoribꝫ ꝙq rerent de tāta crudelitate. Jō eūdo romā et remanēdo i curia z redeūdo in iudeā appo suit annū aut pl⁹. et rediēs accepta licētia a romanis ꝓpositis signis et ꝑdigꝭ i natiuitate xp̄i factis q romani dederūt sibi licētiaz occidēdi pueros. z sic occidit oēs pueros qui erāt i bethleem. ¶ Nota hic seuiciā herodis i tribꝫ. s. i nūero. loco z tpe. Prio i nūero. quia nō ē ꝺcētus i nūero occidere aliquos pueros. imo oēs. Herodes habuit se vt lup⁹ dicit Homer⁹ poeta. cū esurit q̄rit diligēter ouē. z si ad ouile venerit nō solū vnā sz oīa studet iugulare. Sic herodes q̄rēs xp̄m verū agnū imolādū. p salute mūdi. sz vt iōz habere possz alios oēs innocētes occidit. z dicit Chriſ. Herodes fecit sicut fera pessima si fuerit vulnerata naturalē duplicat ire doloris crudelitatē. z q̄si ceca furoze ñ aspicit iam se vulneratā. sz qōcūqz añ oculos ei⁹ occurrerit siue hō siue aial. illō q̄si actoꝝē vulnerꝫ sui dilaniat. Sic z ille illusus a magis irā suā sup puulos diffūdebat. Chriſ. Herodes cogitabat i furoze suo dicēs. Ecce magi inuenerūt puerū illū quē regnatuꝝ dicebāt. Et auꝝ acceperūt a pentibꝫ. z largꝫ ꝓmissiōibꝫ sūt placati. iō reūsi ñ sunt. Et forsitan dicebat ira se. Quis puer ille añqz nascat i tra iā appareat i celo. nōdū ipe se oñdit z iā oēs illū q̄rūt. Et nec adhuc terrenū ppl'm hꝫ. q̄rūt eū iā milicie celestes. i. stelle que sibi mīstrāt. Quis ē ille qui anteqz mecū pugnat iam vincit. añqz vincat iam regnat. quid putas facturus ē ille in regno meo si creuerit. ego et bona hoibꝫ

portigs et gladiū portō. q̄ nō diligat saltē timeat. Ille nec pp̄m habz nec diuitias ꝓgregauit. z quō sine auro diligit z sine ferro timet. Sic misit z interfecit oēs pueros vt in ueniret vnū in oīb. sic nec vnū inuenit i omnibus z vitā eternā p̄stitit oīb. vt impleret illud p̄s. lxxviij. Effuderūt sanguinē innocētē tanq̄ aquā i circuitu hierlm. Dicit Chriso. O insensate herodes q̄d agis. si nō credis verbis q̄ magi dixer̄t. cur sine causa insanis in pueros. nūq̄d tu possis imutare sentētiā dei: aut p̄dere illū quē de⁹ defendit. Secūdo apparet ei⁹ seuicia in loco. cū dz. i bethleem z in oīb finib⁹ ei⁹. Raban⁹. Nō ꝓtētus vastare bethleē. sz adiacētia loca vastauit. Tercio apparet ei⁹ seuicia in tpe. cū dic. a bimatu z infra. i. occidit oēs pueros duoz annoz vsq̄ ad pueros vni⁹ noctis vl diei. p̄m Paymonē. vt ly infra dicat ordinē tp̄is. sz Chrisos. exponit vt ly infra dicat ordinē nūeri. et est sensus. a bimatu z infra. i. a pueris duorū annoz vsq̄ ad pueros q̄nq̄ annoz. Dicē enī stellā ortā magis p annū añq̄ hierlm venirent. z p annū expectauit. Et sic ꝑpm duorū annorū credidit. Sed de q̄nquēnio videtur facere fidē p q̄dā ossa innocētū habēt ita grandia p bimoz vl biennioz esse nō p̄nt. Pria tñ expositio ē vsitatior. z p̄t dici p lōge maioris quātitatis erāt hoies tūc tp̄is q̄z nūc sūt. tō nō mirū p maiora videt ossa pueroz. Sz dic. stante expositiōe p̄ma cur occidit pueros vni⁹ diei vl noctis. Rñdet Aug. in p̄mōe de innocentib⁹. q̄z timebat ne puer cui sidera famulabāt spēm suam paulo supra vl infra etatem sui tp̄is posset occl̄tare. Tūc adipletū ē qđ dictū est p Hieremiā pp̄ha dicentem ca. xxxi. Vox i rama audita ē. Nec ē tercia ps p̄ncipal⁹ isti⁹ euāgelij in q̄ dixi inuit lamentatio maternica lachrymosa dicēs. Vox in rama audita est. vt dicit Chrys. Rama erat ciuitas saul. Saul aūt erat de tribu beniamin. z beniamin erat fili⁹ rachel. cuius sepulcr̄ erat iuxta bethleem vbi interficiebātur pueli. Et rachel introducit plorās. q̄z ista rama nō est p̄pe. q̄z tātus fuit luctus q̄ etiā si phas esset mortui potuissent ꝓpati z flere. ō q̄ dicit textus. Rachel plorās filios suos. li cet illi ō tribu iuda vl iudas nō fuer̄t nati ō rachel. tamē dicit mater pueroz i bethleē. nō rōe geniture sz sepulture. vl etiā q̄z mlti ō tribu iuda filioz beniamin fuer̄t occisi. pp̄ea dz flere metaphorice. Alio mō rama ē nomē ꝯmune. et hebraice interp̄tat excelsum. ideo vox in rama. i. in excelso audita ē. s. a deo. q̄z scribit Eccli. xxxv. Dep̄catō em lesi audit. et dñs nō despiciet p̄ces pupilli et vidue si effundit loquelā gemitus. Et noluit cōsolari. q̄z nō sunt viui sed oēs occisi. z p ꝯseqūns nō est ei⁹ solatio. Et loquit silitudinarie q̄n aliq̄s puer infirmat interim p viuit mater r̄cipit aliquā ꝯsolatiōem. sed post mortē nō. q̄z nō sunt reuocandi ad vitā p̄sentē. Tūc subdit i textu. plorat⁹ s. paruuloz. z vlulat⁹ mult⁹ scz matrū. Aug⁹ in p̄mōe. iij. de innocentib⁹. Cū paruli victimabāt matres miserē lamētabant. Vlulabāt matres q̄z agnos p̄rdūt. sed voce balātes mres crines dissipabāt. et ornamenta capitis amittebāt. q̄ntis modis volebāt ifantes abscōdere ipi se publicabāt. nesciebāt tacere. nō duz didicer̄t formidare. mater pugnabat et carnifex trahebat. ille tenebat: ad carnificē mater clamabat. Quid separas a me qđ genui ex me. vter⁹ meus genuit. vbera mea lacte nutriuer̄t. z tu crudel interimis. mō fuderūt viscera mea. z tu illidis in terrā. Alia mr̄ dicebat. occide matrē cum puero. vt q̄d me dimittis manere. si culpa ē mea. sed si nō est crimē iūge mihi mortē. Alia dicebat. q̄d apō me q̄ritis. vnū q̄rit⁹ et oēs occiditis. z ad eū q̄ ē vn⁹ attrigere nō potestis. Et sic fuit vlulatus matr̄. Sz ō ploratu paruuloz dicit Chrys. Plorabāt pueri q̄z sepabāt a matrib⁹. plorabāt z vlulabāt mres q̄z desolabāt a filijs. z videre h̄ erat maiorē dolor in matrib⁹ remanentib⁹ q̄z i pueris morientib⁹. paruuli vnū patiebāt dolorē. q̄z sepabant a mrib⁹. nō q̄z ducebāt ad mortē. q̄z nec sciebant mortis dolorē. mres patiebātur duplicē dolorē. vnū q̄ puulos suos videbāt interfici. alterū q̄ ipe desolabant a filijs. In puul⁹ mors eoz statim finē faciebat doloris. In mrib⁹ aūt memoratio paruuloz sp erat repatio doloris. Sed di. quare festū innocētū celebrat cū volūtarie nō sunt passi. eo q̄ vsum liberi arbitrij nō habuerūt p qđ mereri potuerūt. Rñdetur q̄ ppter plures p̄rogatiuas illis collatas. Prima sumit ex tpe. quia primi fuerūt q̄ sanguinē suū pro christo fuderūt. Unde Aug. vocat eos florez ecclie. Unde canit de ip̄is eccl̄ia illō Apocal. xiij. Hi empti sūt ex oīb p̄mitie deo z agno. Immo nō tm̄ i se passi sz etiā i p̄sona x̄pi. q̄z qđāmō in q̄libz eoz occisus ē x̄ps. Un volūtariū sacrificiū requirit in adultis. nō aūt in ifantib⁹. Secūda p̄rogatiua capit ex statu. quia sine macula vixerūt. quia p̄us circūcisi

# De Innocentibus

Unde de hijs canit illud Apoc. xiij. Hi sunt q̄ cū mlieribꝫ nō sunt coinq̄nati. i. non sunt polluti mente t corpe. Nihil pdest virginē esse corpe nisi mēs sit incorrupta. Tercia prerogatiua capit er grā capitis. qz qñ rex coronatur mlitos milites secū facit. Hic rex celestis nūc coronat cozona carnea a mre per suaz incarnatōem hos innocētes milites sibi elegit. Et iō eos scta mater eccl'ia festiuat. Uñ licz in limbū descēderūt t etiā libez arbitriū merendi nō habuerūt. tñ q̄dq̄ in eis min⁹ fuit gr̄a noui regis adipleuit. vt dicit sctus Tho. in. ij. q. cxxiij. ar. i. in solutōe p̄mi argumēti. q̄ martirij gl'iam quā i alijs libera voluntas merek illi paruuli occisi p xri grāz sunt assecuti. nā effusio sanguis ppter xp̄m vicē gerit baptismi. Unde sicut pueri baptisati p grām xp̄i meritū opat ad gl'iam obtinēdaz. ita occisis ppter xp̄m meritū martirij opatur ad palmā martirij cōsequndā. De quo Aug. i smōe de epiphania. Licz paruuli nō haberent etatē vt i xp̄m crederēt. habebāt tñ carnem i q̄ p xp̄o passuro passiōez sustinerent. Iō idē smōe q̄rto de innocētibꝫ. Occidunt p xp̄o puulo puuli. p iusticia mort. innocentia. O q̄z bta etas. necdū xp̄s potuit loq̄ t iā p christo merent occidi. nondū oportuni cōfessiōi t iā idonei passiōi. O q̄z feliciter nati. vix degustauerūt psentē vitā t statim trāsierunt ad futurā. necdū egressi infantie cunas. t iā pueniūt ad coronas. rapiunt de finibus matrū t recipiunt in gremijs angelor̄. hec ille. ¶ O Sed di. quare scta mr ecl'ia tacet hodie leticie cantica. vt Te deū laudam⁹ Gl'ia in excelsis. alleluia. Rñdet Wilhelm⁹ in rationali tribꝰ de cauſ. Prima est i signuz tristicie matrū q̄ vlulauerūt et fleuerūt p morte filiozū. Unde potuerūt dicere illō Ruth. i. Ne vocetis me noemi. i. pulcrā. sz vocate me marā. i. amaram. qz amaritudie repleuit me omnipotens. Scōa causa in signū q̄ ad limbū descēderūt vbi habuerūt penā damni vsq̄z p⁹ passiōem xp̄i sicut t alij pres sancti. qđ fuit q̄rulosum. sicut conquerit Job. xvij Infernus dom⁹ mea ē. t i tenebris strauī lectulū meū. Tercia causa in signū fuge et incolatus christi et matris ei⁹ et Joseph i egipto. Unde q̄ Piere. xiij. Quasi colon⁹ futurus es in terra. et quasi vir vag⁹ declinās ad manendū. In octaua autē innocētū oia cantica leticie resumunt. At hꝰ significat resurrectōz futurā. quia tūc innocētes t omes pueri baptisati et senes electi resurgent in pfecta etate plenitudinis xp̄i. cū aīe felicitate t corpis imortalitate. Hinc q̄ hꝰ festū cadit i die dñi cā oia cātica leticie cātāt i reuerētiā dñice resurrectōnis. q̄ die cū maximo iubilo p dñm sunt de limbo educti. t postea i die ascēsiōis i plenū gaudiū assumpti. Ad q̄ nos pducat iesus christus Amen.

¶ Sermo xxx. ¶ Ad idem.

## Occidit oēs pueros q̄ erāt i bethleē et in oīb⁹ finibꝰ ei⁹. scribit Matth. ij. ¶ P

Querit loco thematis. cur hec tria festa stephani Joh̄is et innocentū sb vno natiuitatis dñice gaudio recolit ecclia. Rñdet Ber. in smone de innocentibꝫ dicēs. Christ⁹ nat⁹ est in hūc mundū et pati p nobis voluit. propter q̄d iohānes baptista dixit eū agnū immolandū Joh. i. Ecce agnus dei q̄ tollit pccata mūdi. Et p se dixit Luc. vij. Oportuit filiū hois multa pati et reprobari a generatōe hac. Et Joh. xv. Nō est discipul⁹ maior dño suo. si me psecuti sunt et vos psequent. Et q̄bꝰ q̄dem verbis elicit oēs fideles passuros. De quo et apl's. ij. Thimo. iij. Omnes q̄ pie volunt viuere in xp̄o iesu psecutōz patient. et p oseqns fore martires. Innuit igit ecclia in his tribus festiuitatibꝫ triplex martirij⁹ genus. Primū est volūtatis et operis. sicut beati stephani. qui fuit p⁹mus martir post xp̄i resurrectōz t ascensionē. Hinc est q̄ statim post natiuitatem xp̄i sancta mater ecclia ordinauit die sancti stephani. quia dies martirij sanctoz dicitur dies natalis eorū. De quo fulgenti⁹ in smone. Veri xp̄s nat⁹ ē in mūdū vt hodie stephanus nasceret in celo. Scōm ē martirium volūtatis t nō opis. sicut Joh̄is euāgeliste. q̄ pat⁹ erat p xp̄o oia supplicia sustinere. nō tñ actu sustinuit. Bern. in smōe de innocentibꝫ dicit. q̄ in pace vitā finiuit diuini cōsilij fuit. sicut ipe dixit Joh. vl. Sic eū volo manere donec veniā. Et quia min⁹ ē pati voluntate tm̄ q̄z actu et volūtate. ideo ecclesia post diez sancti stephani ordinauit die sancti Iohānis euāgeliste. Tercū martirij ē operis t nō volūtatis. Hic pueri innocētes vsuz rationis nō habentes passi sunt. q̄ deū nō loqndo sed moriēdo cū sanguine suo cōfessi sunt. de quibꝰ thema. Occidit oēs pueros. ¶ In summa euāgelij duo innuunt. Primo angelica ammonitio. secundo tirannica psecutio. Primū patet in principio. scōm ibi. occidit

matrem. qz totã subam cozpis ipsa mĩstrauit ita ꝙ nullus pater ibi aliqd vidit. Cozp⁹ alio rum pueroz ex duabꝫ lineis formaꝫ. i. semine vtriusqꝫ parẽtis. Cozp⁹ xp̃i aũt sola vna linea sqz sola carne virginea. Jõ xp̃s nõ vocat se fi/lium hoim sz hois. qz ex opatione spũssancti ex sanguine purissimo ipsi⁹ ẏginis formatuz est cozp⁹ xp̃i. iõ ipsa tota mater dr. Tertio ele/git eam in singularẽ matrẽ. qz ds dignificauit eã singulariter dando ei ẏginitatẽ cũ ma/terna fecũditate. Nam ẏgo cepit. ẏgo pepe/rit. ẏgo post partũ pmãsit. Aug⁹. Que virgo tã casta vt esset post partũ virgo. que ẏgo taz sancta vt esset mater dei. sola hec ẽ que potuit mater z ẏgo vocari. cui⁹ dignitatis singulari tatem oĩes debemus collaudare. iuxta illud Eccli. xliij. Exaltate eã qztum potestis. qz ma ior est omni laude. Anſ. Mira res ois crea/tura a deo est creata. sz dei natura ex maria na ta. Bern. O mira dignitas. facta est illi⁹ ma/ter. cui⁹ ds est pr̃. filius paterne charitatis est corona siue castitatis. Petr⁹ rauen. O vir/go matrẽ te fecit. nõ natura sed gr̃a. In tuo cõ ceptu atqz partu aucta est puritas. roborata integritas. solidata virginitas. Nam ipsa ha buit triplicẽ virginitatẽ. s. integr̃ā. exemplarẽ. z transfusam. ¶ Primo habuit integr̃ā virginitatem. qz in cozpe z aia. i. ad Thes. v. Integer spũs vester z aia z cozpus sine quere la in aduẽtu dñi nr̃i ihesu xp̃i seruetur. Sunt em̃ qdam q̃ nõ hñt integritatẽ cozporis. sicut fuit beata maria magdalena. z heu iaz plures sunt in mũdo. Un̄ Hiero. Qui ĩmundiciaz luxurie pfecte extinctie subiecit sanctior dauid exstitit. fortior Samsone. Nã nihil vili⁹ nisi a carne vinci. nihil gloriosius qz carnẽ vince/re. Alij sunt q̃ habent integritatem cozporis. sed nõ aie. qz p malã scientiã z sensum ani mã maculãt. Mat. v. Qui viderit mulierem ad cupiscendũ eã. iam mechat⁹ est in corde suo. Sic etiam intelligit de tactu illicito z lo/cutione z cozporis ornatu. Hiero. Nonulle sunt virgines carne sed nõ spiritu. quoz cor/pus est integrũ sed anima cozrupta. Isido. de sum. bo. Carne virgo sed nõ mente nullũ pre/miũ habet in pmissione. Alij sunt qui nõ ha bent integritatẽ spũs. qui p mortale peccatuz spũmsanctũ a sponso suo diuidũt. z sic spũa/le adulteriũ cõmittunt. Beata aũt virgo ha/buit integritatẽ in cozpe. qz semp cozpus illi/batũ seruauit. z in aĩa. qz oẽm prauũ motũ et cupiscentiã penit⁹ refrenauit. Et in spũ. qz nunqz p peccatum aliquod a deo diuisa fuit.

Lañ. iiij. Tota pulcra es. Secõdo habuit vir ginitatẽ exemplarẽ. qz ei⁹ virginitas fuit om nibꝫ virginibꝫ in exemplũ. Ideo figurat̃ per amigdalũ que inter ceteras arbores pmo flo/res pducit. Sic beata ẏgo inter mulieres pri mo votũ virginitat̃ emisit. p̃s. xliij. Adduc/ent regi virgines post eã. Nã ante ipsaz vir ginitas ñ videbat magni meriti vel honoris eẽ. post modũ aũt facta ẽ magni meriti. qz de/bet ei fructus centesim⁹. cõiugatis cozruptis triceſim⁹. viduis sexagesimus. ¶ Et fa cta est etiaz virginitas magni honoris. quia ipsam honorauit xp̃s qñ nõ de ꝺiugata cozru pta. sz de ẏgine nasci voluit. Et angeli in san/ctis virginibꝫ gloriant̃. s. Agnete. cui angelus vestem pparauit. in Cecilia. cui angelus co/ronaz de paradiso attulit. in btã Katherina quã angeli ppriis manibꝫ sepelierũt in mõte synai. Item omnes homines exemplo xp̃i z angelo rum honorare debent virgines. Damasce. li. iij. A nuptijs abstinentia angeloz est attinẽ tia z socia. qz to angelus homini supioz. tãto virginitas nuptijs honorabilioz. Quis enim hoim est tã stolidus ꝙ non amat et honorat virginitatẽ quã ipse diabol⁹ honorat. Thob. iij. Demon Asmodeus virginitatẽ Sare a septẽ cozruptoribꝫ liberauit. quos singillatim occidit qzcito ad virginẽ intrarẽt. Jteꝫ in beata agnete cui⁹ virginitat̃ insidiatoẽ. s. pfecti filiuz suffocauit diabolus. ergo velit nolit ho norat virgines. sunt em̃ victrices et angelorũ sozores z christi sponse. Bern. Fulgida virgi/nitas est gemma virtutum. germana angelo rum. lampas ecclesiaz. ipsa calcat libidinem. vincit diabolum. ptemnit seculuz. ¶ Tertio beata ẏgo habuit virginitatẽ trãsfusam. qz in alios virginitatẽ trãsfudit. licet em̃ pulcerri/ma fuit. tñ a nullo ꝺcupisci potuit. Et talem virginitatem sancta Katherina non habuit. qzuis esset virgo mẽte z cozpe. tñ Maxenti⁹ eam ꝺcupiuit. Sil'r sanctam Margaretham Olibrius. Agnetam pfecti filius adamauit. ¶ Sed diceres. vnde accidit ꝙ nullus in/spicientiuz mariam ꝺcupiuit. Respondetur. ꝙ hoc accidit pncipaliter tribꝫ rõnibus. Pri ma qz taliter se habuit in omnibꝫ verbis. fa/ctis z moribꝫ ꝙ nulli dabat occasionẽ peccan di. sed mouebat cor cuiuslibet ipsam intuẽtis ad dilectionẽ. Secũda ppter luminis clari/tatẽ que de facie ei⁹ exibat. que homines in ad/mirationez inducebat ad dm laudandũ de tam nobili creatura. Tertia qz ds occulta/uit omnia in ea que poterant esse incitamẽta

ad libidinē. ⁊ dedit grāz omnib⁹ eā intuētib⁹ vtnō inordinate moueren̄t ad malum sed ad bonū. Et sic fuit singularis mr̄ singulariter dignificata. Scdo celebremus natiuitatē bēate virginis marie ꝓpter nos. qz hodie canit ecclesia. Natiuitas tua gaudium annunciauit vniuersō mūdo. Reuera gaudium nobis hodie nūciatum est. qz dicit Aug⁹. in ſmone hodierno. Adest dies sacratissima. dies celebrima. in qua ẏgo maria supra omnes mulieres benedicta generosa sua natiuitate mūdum cōsolat vniuersū. Hodie egressa est virgo de radice Jesse. hodie flos campi ortus est. de quo ꝓcessit liliū cōualliū. Hodie nata est ꝑ quaz maledictio mutat in benedictionē. hodie venit porta ꝑ quam salus mundi credentib⁹ apparuit. Bern̄. Virgo maria via regia est per quā ad nos saluator venit ꝓcedens ex ipsius vtero tanq̄z sponsus de thalamo. Nā sicut sol mittit radios ꝑ aerē tanq̄z ꝑ medium super terram. sic deus sol iusticie mittit radios sue grē ꝑ virginem gloriosam. Bern̄. Nihil nos de⁹ habere voluit qđ ꝑ manus marie non transiret. ℟ Ipsa est porta speciosa Salomonis ꝑ quā multa munera ꝓciosa sibi oblata erant. s. auz. argentum ⁊ lapides ꝓciosi. Sic ꝑ mariam apportat nobis aurū charitat̄. argentū castitatis. ⁊ lapides ꝓciosi. i. omnes virtutes. Bern̄. Quicquid ẏstutis in nobis est. quicqđ salutis. q̄cquid grē ex ea nouimus redūdare. Sap̄. vij. Venerūt mihi oīa bona pariter cū illa. Idcirco merito gaudenduz est de eius natiuitate. Et hoc facit ecclia ī toto officio hui⁹ festiuitatis. In matutinis. in inuitatorio. Corde ⁊ voce simul xp̄m regem venerem̄ur. virginis ⁊ matris iubilet nobilis ortus. Introitus misse. Gaudeam⁹ omnes in dño. Bern̄. Si iustus es gaude. qz ex illa cui⁹ hodie festuz celebram⁹ ortus est sol iusticie. q̄ est dator ⁊ augmentator gratie. Si captiu⁹ duceris aliquo ꝓcato vel temptatiōe grauaris gaudēter celebra festū ẏginis marie. qz ei⁹ ortus fact⁹ est nobis salus ⁊ redēptio. Anſ. Nō est salus in mūdo nisi quā ꝓpit virgo. Nam hec festiuitas orta est ⁊ manifestata eccl'ie per gaudiū angelorz. vt ptz in passionali. ℭ Tercio cū iocūditate celebrem⁹ ꝓpter dei beneplacitum. Unde Fortunat⁹. Gratius est deo obsequiuz qđ marie impendit. q̄z qđ cuilibet sanctorz dirigit ⁊ offert. Hiero. Si ore ꝓphetico deum in sanctis laudare iubemur. multo magis in veneratōe ẏginis mr̄is oportet dignis deo iubilare ꝓconijs. Nulli dubiū quin totū ad gloriam laudis xp̄i ꝑtineat quicqđ digne genitrici sue impensuz fuerit. ideo valde remunerat seruitiū ei impēsum. Hiero. de ꝓrogatiuis virginū. Magis remunerat deus cultuz qui matri sue impendit q̄z quātumlibet aliud obsequiū qđ sibi ministrat. Patet exemplum de eo qui semel i hebdomada ieiunauit ad honorem bēate virginis. qui al's lubricus ⁊ publicus p̄do fuit. mortē demeruit. ⁊ post decollationē capitis loquebat desiderās ꝓfessionez sui criminis. qđ et factū est. Quē sacerdos interrogās vñ sibi ista grā. Rndit. p merita bēate marie virginis. qz talia ei exhibui obsequia vt semel ieiunarē i hebdomada ad ei⁹ honorē ℭ Dixi secūdo subiūgit gaudiose celebritatz rōnem dicēs. vt ipsa ꝓ nobis intercedat. Nā ipsa hodie nata est adiutrix ⁊ aduocata oīm ꝑccatorz. Primo hodie nobis est nata adiutrix. nam sine ei⁹ adiutorio nullus saluari potest. Hylarius. Impossibile est aliquē saluari ꝑccatorem o virgo nisi ꝑ tuum auxiliū et fauorem. Chrisſ. consolat seipsum ꝑ eam dicēs. Tribularer nimiū si nescirem marie patrocinium ℭ Nā ipsa pōt. scit ⁊ vult nos iuuare. Primo pōt Eccl'i. xxiiij. In hierl'm potestas mea. Bern̄. O maria data est tibi oīs ptās in celo ⁊ i terra. omnia q̄cunqz impetrare voluerīs poterīs. Scdo ipsa scit nos iuuare. qz cognoscit affectus nr̄os et necessitates nr̄as. Eccl'i. xxiiij. Ego mater pulcre dilectionis et agnitiōis. Aug⁹. Quid ignorare poterat in q̄ plenitudo scie ⁊ diuinitatis corpaliter inhabitauit. Tercio vult nos iuuare. Eccl'i. xxiiij. Venite ad me omnes ⁊c. qz ipsa est mr̄ misericordie ⁊ pietatis. Cassiodorus in q̄dam epl'a Tu patrona humani generis. tu consolatio afflictz. tu infirmis medicina singl'arz. Bern̄. in sermone qui incipit. Signum magnum. Nō trepidet accedere ad mariā humana infirmitas. qz nil terribile nec austerum in ea sz tota suauis ⁊ mitis. Aug⁹. in li. retractationū. Scio me nō posse perire ꝑ pietate marie. Itē bene habet posse. Primo rōne parentele. qz est mater regis celestis. Ideo possumus ei dicere illud qđ dixit Adonias matri salomonis. iij. Regū. ij. Loquere ꝓ nobis regi. quia in te pietas. misericordia ⁊ clemētia. Unde salomon matri. Pete a me quid vis. neqz em̄ phas est vt auertā faciem meam a te. Secundo habet posse ratione gratie inuente. Luc̄. i. Inueniſti grām apud dñm. Ideo quantā grām habet ꝑ ceteris tantā habet potentiaz. Tercio habet magnā potentiā vl̄ posse ratione meriti. quia

# De natiuitate marie virginis

ipsa sup omnes creaturas merita cumulauit ꝓuō. vlti. Multe filie regū congregauerūt diuitias. tu sola sup gressa es vniuersas. Nā eius merita sunt nobilia. Primo ppter īmediationem. Nā ipsa opa misericordie que nos iuste mur pauperibꝫ exhibere ipsa īmediate deo exhibebat. Scōo fuit magna ppter duplatam opationem. qz simul z semel ꝯemplationem z actionē exercebat. Nā eū nutriuit necessaria corpis mīstrando. In hoc eius diuinitatē sublimiter ꝯemplabat. Tertio eius merita fuerunt multa ppter ꝯtinuationes. Hiero. Dietam sibi statuit vt nullum momentū sine fructu transiret. Diceres. tū comedit z dormiuit. Rñdet. q omnia ista necessaria corporis ita diserere ordinauit. q etiā quiescendo z ab operibꝫ cessando semp meruit. z hoc ex feruēti charitate. hꝫ nō est mirū. qz nobis semp possibile est aliquid mereri in omnibꝫ que facim⁹ vel dimittimus. cum in gratia z charitate dei sumus. z omnia in deum referimus. Ro. viij. Scimus qm diligentibꝫ deum oīa coopant in bonū. In hꝫ pcellim⁹ sanctos in celo existentes. qz nō merent ampliꝰ. Sz nos omnia in deū referamus. comedēdo. dormiendo. vt fortiores sum⁹ ad deū laudandū. Bze. Omn⁹ sanctoꝝ nō vacat a merito. multo magꝭ ipsa ppter ignitā charitatē. Amb. Sicut ferrum in ignē missum totū igneū fit. z sic ipsa ignita in charitate dei. Scōo hodie nobis nata est aduocata. Isidorus. Volens aduocare p alijs debet regis z iudicis hīe amicitiā. et sic ipsa mater. Bern. Tu mater exulis. tu mater iudicis. Amb. Sicut xp̄us oīm credētium est frater. sic maria omniū credentiū est mater. De xp̄o Joh. xx. Ascēdo ad patrē meū z patrem vestrū. ps. xxi. Narrabo nomē tuum fratribꝫ meis. z sic ipsa maria mater ex materno affectu vult nobis bonum. Bernar. Ipsa apud filium inducit illud euāgelicum. Memento fili verbi tui i quo peccatoribꝫ spem dedisti. Nō est opus valentibꝫ medic⁹. Item. Non veni vocare iustos sed peccatores. Ipsa est thecuites. ij. Re. xiiij. que aduocabat pro Absalone allegās generalē infirmitatē dicēs. Omnes morimur. Bern. in ꝑmone de natiuitate. Cuꝫ coram tremendo iudice assistim⁹ q vibrat gladium ire sup nos. quis auertat iraꝫ nisi maria p quam suscepim⁹ in terris misericordiam. Bern. O peccator securū habes accessum ad deū. coram patre habes filiū ostendētem vulnera. coram filio matrem ostendentē vbera. quō hec charitatis insignia nō possunt exaudiri. Exemplum. Quidam cum peccator habuit in ꝯsuetudine salutare beatā virginem. semel voluit ire ad peccandū. et ad altare beate ꝑginis stans salutauit eā angelica salutatiōe iuxta ꝯsuetudinē coram imagine. Qō cum faceret vidit imaginē viuificari cuꝫ puero. Silr de puero vidit sanguinem fluere in gremium ei⁹. obstupefactus dixit. O domina quis fecit hoc. Respōdit. Tu ac ceteri peccatores. qz rursum crucifigunt filium meum Heb. xij. Rursum crucifigētes ꝛc. Bern. Doler plus nostra crimina q̄ sua vulnera. Et peccator cōuersus ait. O regina mater misericordie intercede pro me. At illa. Vos peccatores vocatis me matrem misericordie. z facitis me matrem miserie z tristicie. At ille ait. Non sic pia dña. sed memento te aduocatam peccatorum z intercede p me. At illa. O pissime fili ob amorē mei miserere huic peccatori. At ille. O mater noli grauari q te nō exaudio. quia ego rogaui patrem meū primo vt si fieri posset q alio mō posset saluari gen⁹ hūanū vt trāsferret calicem a me. z noluit me audire. At illa. O fili memento q materno vbere z amore te foui. z alui vberibus meis. condona huic peccatori. At ille. O mater iusticiam tibi ostendo. z ex iusticia te audire non tenco. Cui mater. Nō solum ex iusticia causemur. sed ad misericordiam cōfugiamus. z ergo ppter misericordiam tuā miserere huic peccatori. Cui fili⁹ Rogaui ego secūdo patrez meū. Si fieri posset trāsiret a me calix passionis z nō audiuit. Mater ait. Memento labꝝ et dolꝝ quos sustinui tecū in passione. z dona huic peccatori. Cui filius. Noli mater grauari. sed memento q tertio rogaui patez z inauditus abscessi. At mater deponens filiū voluit cadere ad pedes ei⁹. qō videns fili⁹ ait. Quid mater vis facere. At illa. Tādiu ad pedes tuos cuꝫ peccatore iacebo quousqz ei veniā dones. Cui filius. Absit hoc mater. sanctū est in lege diuina q filius debet honorare patrem z matrē. At iusticia concluſit q ille debet legem adimplere q̄ legem dedit. cum ego sim filius tu⁹. et tu mater mea. te honorabo in isto peccatore. z sibi omnia peccata īdulgeo. z sit pax inter me et eum. In signum pacis osculetur vulnera mea. et fecit. osculādo sanata sunt omnia vulnera. Ideo Hos⁹ super Cant. Quos non saluat dei iusticia saluat misericordia marie infinita. Chrīs. In veritate nullū repperi medicū q̄ se seruū faceret sedulū marie. Hiero. ō viris illustribus. In omni tpe quo quis exercet

marie grā inuocet. Cui ꝺsonat Bern̄. Si es in angustijs. in rerum dubijs. mariaꝫ cogita mariam inuoca.

Sermo cxxv. Ad idem

Liber generationis ihu xpi filij dauid Mat. i. Iste est liber in q̄ genealogia ihu xpi scripta est. Sz spūaliter iste liber est virgo ꝥrata. que florem nobilissimū ꝛc se genuit. scz ih̄m nazarenū. nazarenus em̄ florid⁹ interpr̄atur. In isto libro scripsit digito iesus primo inclinans se Joh. viij. Et q̄d est inclinare Jhm xp̄m nisi humiliare ꝛ descendere de celis ad istū mundū. Et scripsit digito suo in terra. i. spūsancto cooperante in ꝥrata virgine est ꝺceptus. Et sic ꝥrata virgo est liber iste in quo legere debēt virgines. mulieres. ꝛ pctōres humilitatē. Unū in cantico ei⁹. Quia respexit humilitatē ancille sue ꝛc. Itē mūdiciā ꝛ castitatē. qz nec primā fil'em vsa est nec hāc sequētem. qz virgo ē ꝛ mater. Itē ꝥrata ẏgo compatur libro ꝓpter tria. qz liber scribit. dein de illuminat. tertio legit. Prim⁹ scriptoꝛ qui in hoc libro scripsit fuit egregi⁹ Gabriel archangelus. quia in virgine tanq̄z in libro totius humani generis grām ꝺscripsit dicens. Aue grā plena. qz ceteris p partes. Marie data est tota gratia. Bern̄. De plenitudine eius omnes accepimus. captiuus redemptionē. eger curationē. tristis ꝺsolationez. pctoꝝ veniā. iustus grām. Et sic n̄ ē qui se abscondit a calore eius grē. Secundo liber illuminat. sic ista virgo gl'iosa fuit illuminata q̄n obumbrante spūsancto concepit. dicente angelo. Ecce concipies ꝛ paries filium ꝛc. Cuius illuminationem ꝛ pulcritudinē sol ꝛ luna mirant. quia p ih̄m fuit illuminata p quē celi illuminantur. Un̄ Auoc. xxi. Jā nō indiget sole ꝛ luna vt luceat. sed claritas ꝺi illuminabit illā. Sol recepit splendorē suū a ꝺo. ꝛ luna splendorem a sole. Stelle p ih̄m choruscāt. dies clarificat et aer serenat. mūdus p ipsum illuminat. Et ideo dicit. Ego sum lux mundi. Iste liber taz ꝺecoꝝ illuminatur q̄n in isto libro legit ꝺeus et gloriatur. angelus miratur. peccator consolatur. iustus animat. Primo legit ꝺe⁹ et gloriat. quia inuenit in isto libro scriptum rosam pudicicie virginalis. lilium purissime castitatis. violam ꝺuote humilitatis. Sicut enim rosa p ceteris floꝝ fulget. sic maria in verecundia virginali. Intantū enim fuit verecunda q̄ ꝺe psortio ꝛ frequentia hominū se abstraheret ꝛ sola maneret. iō angelus ipsam solam inuenit. Scdo inuenit lilū castitatis. Ipsa em̄ p omnib⁹ ẏginib⁹ mosayce legis primū suā dño ꝺonauit virginitatē. ꝛ maluit lapidari a iudeis q̄z lilio virginitatis ꝓuari. vñ dixit angelo. Quō fiet istud. q̄m virū non cognosco. Tertio inuenit in h̄ libro violā humilitatis. viola em̄ modica est. sed multū odorifera. Sic maria modicam ꝛ humilē se reputabat dicens. Ecce ancilla dñi. Aug⁹. Audi verbū humilitatis o hō. mater regis celestis iam effecta ancillā humilē se pnūciat. nō ꝺominā. Per hāc em̄ triplicē virtutē tantū placuit dño q̄ ꝺe eius vtero nasci dignatus est. Secūdam lectionē legit angelus ꝛ mirat. aperto em̄ libro. id est nato iesu christo. ex eo legerunt insolitū ꝛ inusitatū nouum miraculū quomodo virgo pareret. ꝛ post partum virgo permaneret. ꝛ vt mater sine ꝺolore fieret. Hoc videntes ꝛ legentes admirati sunt. ꝛ cum viderent natum q̄ esset speciosus forma p̄ filijs hominum letati sunt canētes. Gloria in excelsis ꝺeo. Si ergo p ꝺecoꝝ huius infantuli angeli tantā iocunditatē acceperūt. certum est q̄ ipsa dulcissima dña mater eiusdem infantuli ineffabilem leticiā haberet. cum in gremio teneret filium sui⁹ generosum. ꝛ videret ad sue vite obsequiū angelos cuz cantico leticie sibi in obsequiū ꝺeseruire. Tertiam lectionez legit peccatoꝝ ꝛ consolatur. que sic inchoatur Jesus christus venit in hunc mūdū pctōres saluos facere. i. Thi. i. Item. Nō veni vocare iustos sz pctōres. Et i illo libro legam⁹ libēter. videlicet in christo qui p suam passionez redemit nos. ꝛ posuit nobis crucē in medio ecclesie. Hic est liber simpliciū. vt hoc videntes legerent in eo memorando passionem suam. Isa. xlix. Ego in manib⁹ meis ꝺescripsi te. et nunq̄z obliuiscar tui. Ergo memorari ꝺebem⁹ assidue passionis eius. in hoc erimus similes virgini gloriose. Sic em̄ ꝥrata virgo corporaliter genuit christū. Quarto in isto libro legit iustus lectionem vt animet. q̄ sic inchoat. Justi aūt in perpetuum viuent. ꝛ apud dñm est merces eoꝝ. cū gaudio sine ꝺolore. cum leticia sine meroꝛe. ꝛ cū eternitate sine fine. Et illud gaudiū nemo tollet ab eis. vt dicit dñs i euāgelio. Gaudiū vr̄m nemo tollet a vobis Et iste liber secūdus ꝛ tertius est prelatorum. Ipsi em̄ ꝺebēt legere libros ꝛ informare populum p predicationem. ꝛ soli ꝺebent esse libri p exemplum ꝺonoꝝ operum. Sed heu m'ti

ꝺtrarium faciũt. ergo multi in isto libꝛo scandalisant. cum tñ nõ vꝛerent facere. sicut scriptum est ꝛe eis. Mat. xxiij. Sup cathedꝛam moysi sedent scribe ꝛ pharisei ꝛc. Dicit ḡ matheus. Liber generatõis Jesu christi ꝛc. Hic est liber mandatoꝛũ ꝺei qui nõ potest legi nisi apertus. nec aperiri nisi p agnum. quem clausit septem sigillis. id est septem donis spũssancti. in quo continet scriptura christi sanguine rubꝛicata. que magis in coꝛde q̄ in cartha moꝛtua apparet. Requirit ḡ scriptura candidissimũ pergamenũ. i. mundũ coꝛ ab hũoꝛe carnalium voluptatũ caloꝛe spũssancti vel feruoꝛe solis iusticie ꝛeiccatum. Talis liber fuit virgo gloꝛiosa candida. in cui⁹ coꝛde spũssanct⁹ scripsit fidem ꝛ veritatem. imo etiã ex ea tanq̄ ex bono libꝛo verum verbũ nõ solum legimus. sed etiam suscepim⁹ incarnatũ. Preparemus ergo coꝛda nostra vt a coꝛporalibꝫ ꝛelectationibꝫ feruoꝛe dilectionis diuine valeãt exiccari. ꝛ fide ꝛ veritate p manum spũssancti exarari. ꝛ christi sanguine rubꝛicari. ꝛ sigillis septẽ donoꝛũ spũssancti claudi. ne diabolus malas cogitationes ꝛ affectiones inserat. vt in die iudicij ex eo rõnem vite nostre reddamus. ꝛ ipe iudex thesauros donoꝛuꝫ nobis traditos plenos inueniat ad obsequiũ suũ optime dispensatos. ꝛ multiplici feruoꝛe augmentatos. Nõ vt per virginem mariã ꝺsequi valeam⁹ ipsaꝫ humiliter salutem⁹. Aue gꝛa plena ꝛc.

## Sermo cxxvi.
### Ad idem.

Liber generationis iesu christi filij dauid filij Abꝛaam ꝛc. Mat. i. Chꝛis. sup Matth. Sicut in apotheca sunt diuersa genera speciꝝ ex quibus vngenta pciosa cõdiuntur. sic in libꝛo generationis iesu christi conditiones sunt regum. pontificum. ꝛ alioꝝ hominum virtuosoꝝ ex quibus colligitur vita virtuosa. ¶ Qui em̃ virtuose vult viuere. necesse ẽ vt ei⁹ vitã incipiat ab Abꝛaã. Et sic per omnes patres in hoc libꝛo conscriptos vitam eoꝝ imitando vsq̄ ad vitam christi virtutuꝫ gradibus sic poterit peruenire. Et hoc sic. Jesus christus in ꝓncipio sue generationis dicit filius dauid ꝛ filius abꝛaam. Sꝫ quia ꝛe dauid postea dicet. iõ ab abꝛaaꝫ est incipiendũ. Abꝛaaꝫ em̃ exiuit ꝛe terra sua et ꝛe cognatione sua. nesciens quo iret. sꝫ credens dño ꝺiues factus est. ꝛ pater multarum gentiũ. ita vt semen suũ multiplicaret vt stelle celi. Sic ꝛ tu si terrã pmissionis eterne ꝛ diuitias ꝓpetuas volueris obtinere terrenis renũcia. vt ꝺtra ꝺeũ illa non retineas. sed ꝓpter ꝺeũ distribuas. vt sic semen tuũ multiplicet. Virgo em̃ benedicta q̄ renũciauit omnibꝫ q̄ erãt ꝺtra ꝺeũ. ideo iam cũ ꝺeo omnia possidet. Propter qõ laudes eius humana lingua exprimere nõ potest. vt dicit Piero. Quid nos tantilli. quid actione pusilli. quid in eius laudibus referim⁹. cũ etiã si omniũ nostrũ membꝛa verterent in linguas. nullus eam laudare sufficeret. Altioꝛ ei celo ǒ qua loq̄ nitimur. abysso pfundioꝛ cui laudes ꝺicere conamur. Si celũ te voce altioꝛ es. si matrẽ gẽtiũ pcelsi. Si formã ꝺei appellarẽ te digna existis. Si ꝺnam angeloꝝ parata esse pharis. Quid igitur digne ꝛe te ꝺicam nisi sicut ꝺeus oim nr̃m est pater. sic ꝛ tu es nr̃a mater. Plus q̄ Abꝛaam. Abꝛaam genuit Jsaac. qui interpꝛatur risus vel gaudiũ. Si em̃ placueris ꝺeo vt abꝛaam generabis filios gaudij vel risus. Sic virgo gl'iosa spernẽs bñdictionẽ trãsitoꝛiã ꝓpter votum virginitatis. ꝛ spernens cognatõnem ꝛ patriã maledictionis sterilitatẽ incurrit. eo q̄ soli dño placere voluit. Jdeo mater multaꝝ gentiũ facta est. At genuit Jsaac. i. verũ xp̃m in risum ꝛ gaudiũ humano generi sempiternũ. At sicut Abꝛaã voluit filiũ offerre et obtulit p eo arietẽ coꝛnibꝫ herentem i spinis. sic mr̃ gr̃e xp̃m herentẽ obtulit cũ manibꝫ in coꝛnibꝫ crucis. que licet ei p tunc fuerat occasio tristicie. postea tñ ei ꝛ nobis oĩbꝫ fuit materia gaudioꝝ. Jsaac genuit Jacob. qui fuit pulcer ꝛ nitidus. Frater aũt ei⁹ Esau pilosus. Sic q̄dam sunt nitẽtes sicut Jacob fulgoꝛe charitatis. q̄dã pilosi ardoꝛe cupiditatis. Et sicut Esau pdidit bñdictionẽ. Jacob aũt ex induitione mr̃is rebecce ipsaꝫ obtinuit. Sic nos si refulgem⁹ charitate siue dilectiõe. ꝑ p curationẽ Rebecce. i. ꝟginis gl'iose a vero Jsaac. i. a p̃re celesti eternã obtinebim⁹ bñdictõꝫ Si aũt pilosi fuerim⁹ supfluitate diuitiaruꝫ. fenerãtes vsuris. negociationibꝫ falsis. sortilegijs. rapinis. dolo. iniurijs. mẽdacijs. ꝛ piurijs. extunc negligim⁹ xp̃i benedictiõeꝫ. sicut ipse Esau neglexit. ꝛ solã bñdictiõꝫ ꝛe pinguedine terre obtinuit. Esau etiã psequebat Jacob. sic mali psequunt bonos. Et sicut Jacob nõ resistẽdo sꝫ fugiẽdo euasit man⁹ esau iuxta ꝺsilium matris vt fugeret in mesopotamiam ꝺnec esau a furoꝛe recederet. sic ꝛ tu si pateris a malo. noli reddere malũ p malo. sꝫ maliciã

inimicoꝝ declinando. donec furor transeat inimicoꝝ. q̄ in te p̄tātem nō hꝫ̄rent nisi dat̄ us p̄missus esset. Si em̄ hoc feceris. eris in generatione Jhu xpi cū Jacob. Si ꝙ nō feceris a generatione ista p̄cidet vt Esau. cui⁹ generatio hic nō describit. sed Jacob. Jacob aūt genuit Judaz z fratres eius duodecim patriarchas Ruben. z sic de alijs. sic noster Jacob. i. xp̄us genuit duodecim apl̄os patriarchas noui testamēti. Sicut Jacob descēdit in egyptum z nimis multiplicatus est. z q̄diu iacob et filij eius fuerūt in egypto. egyptus p̄sperata fuit. egressus aūt exterminata est. Sic z sancti q̄diu sunt in mūdo tenēt mundū ne cadat. cuz aūt de isto mūdo recedent casurus est mūdus Vide aūt quō omnes generationes sancte p mariam z eius filium sunt multiplicate p recreationem. Vñ Bern̄. in sermone. Beatam me dicent omnes generationes. ait Ex hoc te beatam dicent o virgo gloriosa omnes generationes. quia omnib⁹ generationib⁹ vitam z gl̄iam genuisti. In te em̄ angeli letitiaz. iustit̄ gr̄am. peccatores veniā inuenīūt in eternum. Merito in te respiciunt oculi oīs creature. qz in te z p te benigna manus omnipotentis q̄c/ quid creauit recreauit. z tibi creauit. Judas genuit Phares z Saram de Thamar. Thamar p̄mo fuit data filio iude q̄ vocabat Her. qui nō tetigit eam i matrimonio ad instructū matrē que vocabatur Sur. qui percussus est p̄pter suam benignitatem. Post hoc tradita alteri filio fratri illi⁹ Her. cui nomen Onan. quo audito q̄ semen fratris sui esset suscitatu rus. z nō sibi. fudit semen in terrā. ob hꝫ etiaz percussus ē. Quo mortuo nō potuit eam ducere tertius frater. s. Seba. propter defectum etatis. p̄pter quod Thamar de mandato Jude redijt in domum patris sui. donec Seba creuisset. Ita igit̄ factuz est vt thamar virgo maneret. Contigit autem quadam die dum Seba creuisset. pater. s. Judas dissimulauit eam illi dare. quia timuit eum mori. Nō thamar p̄sciens cupiens b̄dictionem in generatione iustoꝝ cū xp̄o obtinere. cū eēt casta i meretricem se mutauit. seq̄z posuit in quodaz bi/ uio p̄ qō iudas esset transiturus. Qui estimans eam meretricem sic coopertam accessit. Qua cognita vno ab eo concubitu concepit geminos. quoꝝ vnū vocauit Phares. z aliū Saram. Et Judas p̄o mercede dedit ei virgam z anulum. Cum igit̄ impregnata esset. z ex iudicio Jude lapidari deberet incestuosa. misit virgam z anulum Jude. Ad qō iudas respondit. Justior me es. sed sic nō est interfecta. quia amore filioꝝ hoc fecerat. Sic z christus ecclesie cōiunctus que est ex iudeis z gētibus fornicarijs p̄ydolatriaz. Qui sponsus videlicet christus sponse sue dedit virgā castitatis. z iusticie siue regni anulum. que p̄digo filio p̄ etiā p̄ p̄niam ad se reuertēti contulit p̄ amore. Ecce quō meretrix in generatōne dñi inuenit mūdata. vt nemo de generatione glorietur. nec de turpi genere vituper̄et. quia si vis domino p̄iungi. etiaz si meretrix fueris publica vel qualiscunq̄. absconde vultum tuum ex verecūdia p̄catoꝝ. z p̄iunge te sibi p̄ amorē. vt virgam siue potestatem regni celestis valeas obtinere. z anuluz siue vinculum p̄petue charitatis. Ideo hic dicit Hieronim⁹. Dñs iesus voluit nō solum nasci de iudeis z alieni gentis. verum etiam de adulterinis cōmixtionibus. nobis p̄stans magnā fiduciam vt qualicunq̄ modo nascimur. si eius vestigia imitamur eius membra per fidem efficimur. Hic addit Chrys. super Matth̄. Dum iudas lamentaret̄ penitens q̄ nephandū opus fecisset in israel. z dominuz deum diu deprecaretur. nec luctus sui terminuz faceret. astitit ei angelus dei. z hec omnia exposuit ei sicut gesta fuerūt. z consolatus est eū. Judas autem tante fuit religionis vt post̄q̄ cognouit eam non fuisse vxorem filiorum suorum non acquieuit ei appropinquare. quoniam et si quantum ad deū ipsa non erat nurus. tamen ad conscientiam nurus videbatur. prouidebat em̄ bonum nō tm̄ coram deo. sed etiam coram hominib⁹. Ut fm̄ hunc intellectum dixi eam hic meretricē. Hic ergo iudas genuit Phares z Saram ꝺ Thamar. p̄us egressus apparuit Sara. obstetrix autem ligauit illi coccinuz. id est rubeū filum sericeum. retractus autem Sara p̄mo Phares exiuit. Sara igitur dicitur nobilis. z significat illos qui in hoc mundo nobilitātur. z in superbia morientur. vt lucifer. Boni autem fortuna seculi p̄scinduntur significati p̄ Phares. qui p̄scisus vel diuisus interp̄tatur. Sed sicut Sara prius ortus retractus z inclusus est. Phares autem qui p̄mo inclusus fuerat retracto sara primū exiuit. sic amatores mūdi qui p̄mum ostendunt a luce eterna retrahunt. z in ventre inferioꝝ recludūtur. Boni aūt q̄ a p̄sortio maloꝝ p̄scindunt. i celesti lumīe victuri eternaliter oriunt. Ut ne amatores mundi designati sunt p̄ saram qui signatus erat filo rubeo. quia licet sint signati sanguinis xp̄i rubedine. tamē eis nihil

proficit qñ damnañ. ſm illud ꝑs. Que vtilitas in ſanguine meo dum deſcendero in corruptionem. Ideo generatio Sare nō ponit ſed Phares. licet iudei ꝓmo apparuerunt in ſynagoga. tamen nos poſtremo orti per filium huius ꝙginis glorioſe ſumus iudeis obtenebratis ſolidati i luce euāgelice veritatꝭ. Phares aūt genuit Eſron. Eſron interꝑtatur iaculum videns. z cōgruit chriſto qui ſe dedit q̄ſi ſagittam electam. Et tu ſis iaculū ꝺtra iaculum maligni hoſtis extinguendo i virtute ieſu chriſti. qui tanq̄ ſagitta electa de pharetra operum omnipotentis dei eſt ꝺceptus in virgine gl'oſa ad occidēdū fortiſſimos inimicos Eſron genuit Ará. Ará interꝑtat irritatio eo ꝙ ſuo tempe iudei maxime multiplicarent. et ſic egyptios ſua ꝓſperitate contra ſe irritabāt intantuz vt affligerent z flagellarent. labꝛib⁹ luti z lateris oppꝛimerent. per obſtetrices occidi iubꝛent. Et ſignificat electoſ quoſq̄ qui dei gratia proſperati malos incitant contra ſe vt eis detrahant z maledicant. z per obſtetrices. id eſt detractiones z infamiam occident. Sed ſicut de illis ſcriptum eſt. quāto magis affligebant tanto magis creſcebant z augmētabant. z ſic nos cogimur exire de egypto angſtiarum huius ſeculi in terram ꝓmiſſionis exemplo filij virginis glorioſe. qui occiſus eſt a perſecutoꝛibus. multiplicati ſunt electi ſicut granū tritici. qz tales ſunt gens dñi deſiderata. Subdit. Ará aūt genuit Aminadab. qđ interꝑtatur voluntaꝛi⁹ vel deſideratus. qz em̄ electi ſunt voluntarij z deſiderabiles deo z hominib⁹. ideo mali ꝺtra eos ꝓ inuidiaz irritantur. Sola em̄ cauſa iuidie maloꝛ eſt bonitas electoꝛū. ſicut filij iacob inuidebant fratri ſuo ioſeph ꝓpter bonitatem ei⁹. Sic filij⁹ virginis cū apl'is z imitatoꝛib⁹ in vitā irritauit malos ad ꝑſequendū. Sed qz xp̄s volūtarie paſſus eſt. ſil'r z apl'i cū eoꝛ ſequacib⁹ ibāt gaudētes ad ꝑſecutionē. ideo requiē inuenerūt. Ideo ſequit. Aminadab genuit Naaſon. q̄ interꝑtatur requies. z ſic tm̄ eſt dicere. Quiſq̄ ſm voluntatē dei viuit. ille filios generat in requiē. Qui aūt viuit ꝺ volūtatē dei in ꝗetos filios ꝓcreat z ꝓteruoſ. Jō beata ꝙgo ſe totā deo vouerat. z in nullo voluit hr̄e ꝓpꝛiaz volūtatē. Jō genuit illū q̄ dicit. Tollite iugū meū ſup vos z inueniet⁹ requiē ꝛc. Type Naaſon filij iſr'l exierunt de egypto ſm Chriſt. In cui⁹ ſignum z nos exire de egypto debem⁹. i. de tenebris hui⁹ mūdi. poſtq̄ nobis mater gr̄e xp̄m in requiez generaſſet. z tunc a labꝛe z oppꝛeſſione z flagellis quieſcere valem⁹. Ideo ſequit Naaſon genuit Salmonez. qui interꝑtatur accipe vas Iſte ſalmon vas accepit qñ Raab meretricez in vxoꝛem ſuam duxit. Hec aūt raab erat de Jericho. que ſuſcepit exploratoꝛes z nūcios filioꝛ iſrael duz quererent a rege de Jericho vt occiderent. abſcondit eos in inferioꝛi parte domus. z ꝑſeruauit eos a moꝛte. z dilexit iudeos pluſq̄ ꝓpꝛiā gentē. eo ꝙ audierat famā illoꝛ quā deus ipſis exhibuit in manu potenti ipſos de egypto ducens. Salmon aūt tanq̄ vir nobilis z virtute inſignis videꝛ Raab tam fidelē exiſtere. z deo dilectā z electā z conuerſam ad bonū. licet ſciret eā eſſe meretricē eā in vxoꝛē recepit. videns ꝙ de vaſe ꝺtumelioſo factum fuit vas decoris. z vas electionis a domino. Ideo Salmon bene dicit accipere vas qđ congruit filio virginis marie. Cum enim xp̄us verus Salmon venerit in iudiciū. tunc oēs exiſtentes in hereſi ſectas z ꝓgregationes maloꝛ xp̄ianoꝛ ſiue ciuiū mūdanoꝛ ſiue ꝓncipum tenebꝛaꝛ gladio interficiet z igne ꝺſumet. cū muri ſeu munitiones facte ꝺtra deū z iuſticiam coꝛruent in infernū. niſi ſola raab. id eſt aīa peccatrix chriſti ſanguie redempta ſi in dilectiōe dei z ꝓximi inuenta fuerit. Oēs em̄ immūdi ſumus tanq̄ pannus menſtruate de maſſa coꝛrupta venientes. qui maculam iniquitatis noſtre quā coꝛā deo abſcōdere nō valemus in fronte portam⁹. Jō xp̄m verum ſalmonē z ꝓximos noſtros diligere debem⁹. vt valeam⁹ ſigno ſanguinis ſui rubꝛicari. z ſibi ad inſtar Raab reſponſari qñ mundus vt Jericho coꝛruet in interitū ſempiternū. Jō ſequit Salmon aūt genuit Booz. qui interꝑtatur virtus. qui ſm ꝓuidentiā dei Ruth in vxoꝛem accepit. z virtuoſum filiū generauit. Et ſic ſm Chriſt. Qui nō accipiūt ſm ꝛ̄tutē vxoꝛes. ſed exꝑuiſione diaboli. generāt filios malos in malas ſoꝛtes. z ad pena iniquitatis ſue. nec ad gaudiū. nec ad ꝺſolationē videnꝭ filios generaſſe. Dic itaq̄ Booz accepit moabitidem noie Ruth. Quō aūt accepit longū eſſet enarrare. Sed tm̄ cepit eam in vxoꝛem. qz eam virtuoſam cognouit exquo ſocrum ſuaz nō reliquit. ſed eaz ſecuta eſt. dimittens deos ſuos deum viuentē elegit. z amoꝛe generis in deoꝛ obediens ſocrui iuit in nocte ad lectum. Booz ſubtus palliū. nō ex libidine. ſz ex ſimplicitate z amoꝛe pl'is. Si em̄ libidinez que/ſiuiſſet iuuenē inuenſſet. Sed qz rōne proximitatis Booz dꝛebat eam ducere in vxoꝛem. ideo audiens ꝫ ab ea nihil ſuſpicatus eſt niſi

virtutem. nec eā repulit tanq̄ lasciuā. nec ꝓtigit eā tanq̄ lasciuus. sed mane ꝓsurgens ꝓuocauit ꝓmiozē vt eā duceret in vxozē. qui cum eā sꝓeuisset. ipse Booz iure ꝓmitatis accepit eā. felicē se reputans q̄ ipsaz meruisset habere. Ecce quāta virtus. qz simul ꝓiūcti in libidine nullatenus exarserunt. Hoc est ꝓtra illos q̄ a se longe distātes sem uicem ad libidinem z amoze ꝓuocant. Audite ꝓiuges q̄ statis in ꝓiugio vl̄ vultꝭ matrimoniū intrare. nolite querere pulcritudinē vl̄ iuuentutē in his quas ducere vultis. exēplo Ruth vobis habilem qualiscunq̄ sit. dūmodo ibi sit virtus. z inde ꝓles ꝓducant. Siꝭ nō queratis diuites. vt ꝑpter pecuniam p̄ncipaliter velitis maritari aut vxozari. sꝫ vtuosas ꝓiuges querite. etiam si sint paupes. vt iste Booz diues pauperem colligentem spicas post messozes. Hic etiā docet nos Booz z Ruth vt nō scandalisemur de omnib⁹ que videm⁹. Ecce i vno lecto sine vicij suspitione virtus inuenit. Si ergo videris aliquos colloquētes. nō semp suspiceris de malo. Si tibi malum videt. suspira ad deum. z nō interpteris omnia ad malū que vides. Non de hoc sumatis exemplū ire ad loca suspecta. nec cum suspectis loqui studeatis. Nā si hoies de vobis nō scandalisant ex vestra ꝓuersatione. tñ vbicūq̄ potestis tollere scandala detis. sicut Judas fecit filius Jacob. de quo dictum est. cum peccasset cum thamar credens eam nurum esse suaz ex duobus filijs suis. postea q̄n lamentabat pniam agens. angelus reuelauit sibi q̄ thamar casta virgo a filijs ꝑmansisset. z q̄ ipse posset eā habere. Ipse tñ ab eius thozo z ꝓuersatione semper abstinuit. ne alij qui hoc ignozabant scandalisati fuissent. Prouidit enim bona cozam deo z cozā hominib⁹. Docet insup nos Booz vt nemini suā vxozē siue sponsaz accipere debemus. qz ipse noluit accipere vxozē nisi postq̄ ꝓmiozfrater eam iure dimisit. Hoc est contra illos q̄ ꝓtentione z iudicio alioz vxozes vl̄ maritos euincunt. Ita impletū est illud Isa. xviij. Emitte agnum dñe dñatozē terre de petra deserti ad montem filie syon. qz agnus dñs Iesus nō solum p iudeos generationem traxit verum etiam p paganos moabitidem. Ut sic agnus venit nobis ex paganis ad designādū q̄ p virginem gl̄iosam etiā paganicā nostraz generationē attigit z mūdauit sanguine suo. vt ad montē filie syon. i. ad facies sue spectaculum etiam nos pagani p fidem christianam peruenire possemus. Talis intantū virtuosus Booz ex tali virtuosa vxoze Ruth genuit Obeth. qui subditus interptat. qz omnis q̄ virtuosus est in ꝓiugio nō queres libidinem sed plem ex dono et merito frequēter habet filios deo z sibi sbditos. Q⁹ multi aūt hñt ꝓteruos filios. hoc fit ꝑm Christ. qz parentes nō sunt virtuosi. z in matrimonio diuitias eligunt et nō mozes. pulcritudinez z nō fidem. libidinē z non ples. qđ meretricib⁹ congruit. nō cōingib⁹. optant vt filij eoz̄ñ sint iuste cōmixtiones. sed pena condigni irreligiositatis eozum. Uel si sint in se religiosi. tñ quia filios nimiū diligentes nō corrigunt sed mittunt eis ꝓpriam voluntatem. ideo inobediētes sunt eis Quia igitur obeth subditus fuit deo z parentibus. ideo subdit. Obeth autē genuit Jesse. qđ interptatur refrigerium. Quicunq̄ enim est subditus deo z parētib⁹ suis generat filios bonos a quib⁹ refrigerat. Qui aūt ꝓtumaces sunt nō sibi generant refrigerium. sed genimina viperarum nascēdo occidūt parentes. z sic gignendo a filijs occidunt. Quare autez hic Jesse vocat ysai cū vtrūq̄ nomen eius sit. nisi vt ostenderet q̄ sub noie iesse ꝓphete generatio christi fieret p ipsum. sicut dr Isa. xi. Egrediet virga de radice Jesse. Hec est virgo gloriosa que hodie egressa est in lucem. sꝫ flos ei⁹ est pulcer. saporosus. odoriferus. s. filius eius. Jesse aūt genuit Dauid regem. qz deus in generatione iustoz benedicit. z a generatione iustoz benedicet. Ideo talis bn⁹ filius optimi pris genuit etiā filiū virtuosum Dauid regē. id est manu fortē. qui primū se vicit. qz quem admodū patic⁹ fuit in omnib⁹ psecutionib⁹ quas patiebat a saul rege. z a filio suo Absalone. a Michol vxoze sua. z alijs multis. ita z tāte mansuetudinis z misericōdie fuit vt p ppl'o suo quem angelus interficiebat. imo ab hoza matutina vsq̄ ad vesperā septuaginta milia viroz̄ ipsemet ab angelo interfici voluit. ponens aiam suā p ppl'o di. Ego sum qui peccaui. ego sum qui inique egi. isti qui oues sunt quid fecerunt. vertat obsecro manus tua i me z in domū pris mei. vt dr. ij. Re. xxiij. z. i. Paral. xxi. Etiaz adeo sanctus fuit. vt in adulterio cū Bersabee z homicidio eius viri fili⁹ xpi extiterit. in hoc pcipue vt ipsam postremo in vxozē acceperat. quā prius habuit adulterā. Sic em̄ xps videns aiam peccatricez diaboli vxozē. primo inspirat ei vt intimo ꝓiungatur sibi amoze. z tandē occiso diabolo eā in spōsaz accipit nō habentem rugam neq̄ maculam. Sed ad hoc Dauid tibi ꝓponit vt sanctitatē

ipsius imitari studeas. ⁊ ab adulterio ⁊ homicidio ꝑcaueas. Si aũt cecidisti cum dauid. ꝑ pniam cũ ipso resurgas. Multi em̃ ꝑcauerunt cũ dauid. pauci aũt cũ eo resurgunt. Ecce in generatõe xpi adulter ⁊ meretrix vt et tu speres ql̃iscunq; sis. adulter. heretic⁹. vel sodomita cum eo spũaliter valeas copulari ⁊ eius generationi ꝯiungi. Dauid aũt genuit Salomonẽ. qui interptat pacificus. ex ea que fuit vxie. Sed quare ḣ nomen ei⁹ nõ ponit cuz tñ Raab ⁊ thamar ⁊ dauid ꝑcatores ponunt. Rñdet ꝙ ex eo ꝙ thamar ita virtuosa fuit vt zelo plis cõcepit. ex qua generatio xpi surgeret ꝯiuncta fuit Jude. ⁊ Raab ita ꝓtusa erat vt exploratores iudeoz recipet. Dauid autez in oĩb virtuosus. De Bersabee aũt nullu; signum virtutis legimus. ideo illi ponunt. illa aũt ex noĩe nõ ponit in libro generationis xpi Ex tali aũt genuit Salomonez qui templũ dñi edificauit. vt ⁊ tu si ita fuer; pacificus ex virtutũ lapidib⁹ templũ coꝛdis edificare valeas. vt i eo dñs ꝑ gram possit habitare. Hic est noster Salomon ihs q̃ edificauit castissimum ⁊ pulcerrimũ templũ. videlicet coꝛpus virginis gl̃iose. q̃ ꝑ mariũ ꝓsuit lapidẽ in ei⁹ sanctificationẽ. qñ in vtero matris eã sanctificauit. Vñ ⁊ hodie est ꝺedicatio templi huius. qz memoriã eius agim⁹ que sancta fuit anteq; nata. ideo sanctaz natiuitatem celebrem⁹. In quo templo summ⁹ pontifex dñs ihs ꝑmam missaz celebrauit qñ missus a ꝑe venit in ei⁹ carnẽ. ⁊ ꝺeus ⁊ hõ in ea ꝯcept⁹ est. vt ex ḇ templo idem pontifex nat⁹ ⁊ moꝛtuus se hostiam ꝑ nobis offerens obtulit nobis vnctionez sacri chrismatis ⁊ olei omniumq; sacramẽtoꝝ ex latere suo. Quotiẽs g̃ videris in eccl̃ia coꝛpus xpi leuare. cogita qz hoc est sumptum ex tẽplo coꝛpalis virginis gloriose. cui⁹ natiuitas hodie celebrat. Et qñ eleuatum vides in cruce. ⁊ qñ baptisatus es ⁊ pniam agis ⁊ eucharistiam sumis. aut ꝯfirmaris. aut vngeris oleo sacro. aut ꝑ sacerdotem absolueris a ꝑcatis. cogita ꝙ hec omnia ꝺona tibi ꝯfert summus pontifex ex templo virginis gloriose. Ez ecce Bersabee mater Salomonis adultera fuit. ⁊ pater adulter. Jõ Salomon faciliter fuit parentelis criminis imitator. vt fornicaret cum alienis mulieribus. quib⁹ ⁊ ydola fabricauit. Parentes igit studeant esse iusti. vt castos filios ꝑcreent. vt filij postponẽtes crimina. virtutes eoꝝ studeant imitari. Sed ad hoc qualiter natura parentũ in filios trãffundit. huius euãgelij textus ostẽdit cum dicit Salomon aũt genuit Roboam. q̃ volẽs in subditos seuire ad instar patr; ꝓdidit. x. ptes regni. Bona em̃ tpalia que ille ꝑ voluptatez. superbiam ⁊ luxuriam ꝯgregauit. ⁊ ea heredib⁹ relinq̃re cupiuit. heres fatu⁹ dissipauit. Quot nũc sunt in mũdo quoꝝ patres magnas mũdi diuitias possederũt. ⁊ nunc filij sunt mẽdici. qz forte male ꝯgregauerunt parentes paupes oppримendo. vsuras faciẽdo. ⁊ malas exactões exequendo. Isti dissipãt mala ꝯgregata i luxuria. ebrietate. ⁊ ludis exponẽdis. Illis potest dici Mat. xxiij. Testimoniũ vobis est ꝙ estis filij patrum vestroꝝ. Item dicit Chris. ꝙ regnum iudeoꝝ pacificatũ fuit ⁊ integrũ. q̃diu Salomon i iuuẽtute seruiebat ꝺo. Cũ aũt̃ incitauit eum sathanas ad fornicationem et ydolatriã in fine sui regni. cepit scindi regnus suum. et tpe filij sui totaliter scissum est. vt ex duodecim partib⁹ siue tribub⁹ due solum remanerent. Sic em̃ regnũ xpianoꝝ tpe apl̃oꝝ bene stetit. qz oẽs xpiani soli ꝺo seruiebãt et n ydolis. sed nũc xpianis fornicantib⁹. ⁊ q̃si tot ydola quot pctã mortalia hñtib⁹ scissum ẽ regnũ in diuersas ptes. hereſim. sectaꝝ. hypocritarũ. tyrannoꝝ. ⁊ aliozũ qui moꝛtaliter ꝑccãt. intantũ vt pauci inueniunt pfecti xpiani qui charitatem pfectam habeant. sine q̃ nec fides saluat. Si g̃ tales ḣrent fatuos filios m̃tos qualis fuit Roboam. scinderet in fine mundi regnũ ipsoꝝ. ⁊ nisi pniam egerint oẽs ꝑibũt Nos igit charissimi ex mr̃e nr̃a dulcissima talem Salomonẽ pacificũ suscepimus. cuius regni nõ erit finis Dañ. vij. Potestas ei⁹ eterna que nõ auferet. ⁊ regnum ipsius q̃ nõ coꝛrumpet. Hoc regnum est eccl̃ia ⁊ filie eccl̃ie tenentes tunicã incõsutilem ꝺe agni vellere factam. ⁊ ex nostra virgine oꝛtaz nunq; scindet a regno xpi q̃diu in vnitate matris eccl̃ie pseuerauerint. Roboam genuit Abiam. q̃ interptat pater viuẽs. qz ꝑ mũ incepit bñ viuere sicut pater. ꝺemũ ꝑccauit in ꝺeum. ⁊ male conclusit. Ecce quõ patrem sequit̃ ꝓles. Sed q̃d est ꝙ malus p̃ generat ꝺonũ filiũ. qz quilibet filius bonus esse tenet. licet habeat malum patrẽ. qđ Asa filius Abie ostendit. ꝺe q̃ scribitur in textu. Abias aũt genuit Asa. qui interptat vngentũ. eo ꝙ xpi ꝺon⁹ odoꝝ fuit in omni vita sua. qz ita ꝺene vixit ꝙ legere ꝺelectat ipsius hystoriã. Ecce aurũ in foꝛdib⁹ inuenit. qz p̃ vita foꝛduit. ⁊ filius vngento ꝺoni opis exemplo vite sue ꝺodoze oĩb⁹ redolebat. Hoc igit subintelligas. quia cõmuni cursu mala radix malum fructum ꝑfert. mali parentes malos

filios. Si aũt aliqñ ꝓtrariũ fit hoc raro ꝓtingit. Sic chriſt⁹ ⁊ maria multos bonos ⁊ pauc̃os malos in generatiõe habuerũt. ẏgo caſta ⁊ humilis xp̃m humilẽ fructũ genuit vt nos eos ſeq̃mur multiplicitate oĩm virtutuꝫ. Aſa aũt genuit Joſaphat q̃ interp̃tat dñs iudex. dñs em̃ reintegrauit regnũ ipſoꝝ ꝓpter eorũ merita. qui nullũ bonum irremuneratũ relinquit. Ideo hic fuit dñs iudex. ad quẽ ꝑtinet remunerare bonos. Sꝫ qz ambo peccauerũt. Aſa aũt ꝓſiliũ aduerſus regem iſrl̃ ꝑtit. diffidens de adiutorio dei recepit in auxiliũ inimicos dei. Item Joſaphat peccauit. qz Achab peſſimo auxiliũ p̃buit. vbi interfecto Achab in exercitu Joſaphat circumcluſus oraſ̃ vix veniã impetrauit. maxie qz de⁹ dilexit illũ. qz idolatriaꝫ deleuerat. vbi dicit Chriſ⁹. Fideles nõ debent dare auxiliũ inimicis dei. nec ab eis accipere. vt habet in can̄. Nõ oportet accipere auxilium ab inimicis dei. Nos aũt docet ſup̃dicta hyſtoria de Joſaphat. qui em̃ petit auxilium de inimicis dei. de auxilio dei deſperat. vaſ̃idiores exiſtimans dei inimicos q̃ deũ. Qui aute̅ dat auxilium inimicis dei aduerſat deo. em̃ volente ꝓterere inimicũ ſuũ ipſe euꝫ defendere temptat. Uñ beate ẏgini congruit interp̃tatio Joſaphat. qđ eſt dñs iudex. ipa em̃ iudicẽ genuit. quẽ vt frem̃ ⁊ correctorem diligamus. Sꝫ vide q̃ piculoſa ſit ꝓſperitas diuitiaꝫ. qz ipſe Joſaphat ꝓſperat⁹ genuit Joram. qui in tantũ ex diuitijs ſuperbiuit. vt ꝓtra deũ filiã Jeſabel impie ⁊ Achab peſſimi ducem vxorẽ. Intãtũ elat⁹ ꝓtra deũ vt etiã ſex frẽs occiderat. Jõ Joram interp̃tat altitudo. De q̃ poeta. Tollunt in altũ vt lapſu gr̃uiori ruãt Ipſe em̃ ſic elatus plaga grauiori ⁊ diuina a dño ꝑcuſſus eſt. vt añ biduũ moꝛtis ſue inteſtina ſua putrefacta iactaret. Caue et tu ne ex diuitijs filius vel ſucceſſor bonoꝝ ſuperbia eleuetur. Prouide ⁊ tu ne ex p̃ris diuitijs ſuperbias ⁊ ꝑcutiaris a dño vt inteſtina proijciꝫs. ſm illud Eccli. xix. Auaro nihil ſceleſtius. nihil iniquꝰ q̃ pecuniã amare. hic em̃ aiam ſuã venalem habet. qm̃ in vita ſua hi peccerũt inteſtina ſua. qz omnẽ ſollicitudinẽ ⁊ conatũ ad exteriora extendentes ad inſtar aranee p̃ſciẽtes a ſe virtutem naturalẽ. ⁊ gratias a deo ſibi collatas. In medio diuitiarũ moꝛantur ſicut aranea in medio tele. Caue g̃ tu ne in diuitijs tuis tibi contingat ſicut Jude cõtingebat. q̃ ꝓpter diuitias ſuſpenſus medius crepuit. et effuſa ſunt omnia viſcera eius. Actuum. i. ca. Non ſic virgo. ſed talem genuit filium cuius viſcera interioꝛa ⁊ exterioꝛa membꝛa ⁊ oſſa in cruce ⁊ in ſepulcro nõ ſunt cõminuta. nec fracta. nec coꝛrupta. vt nos exemplo eorũ incoꝛrupte viuamus. Joram genuit Oziam. Itẽ hic Othoſias ⁊ Amaſias nõ nominant̃. ſed a generatione xp̃i reſcinduñt. Joram em̃ vſq; ad quadrtã generationẽ fuit electus ex eo. qz de ſemine peſſime Jeſabel que occidit ꝓphetas ⁊ Achab viri ipſius filiam accepit nore Bodoliã. ex qua hec peſſima generatio traxit oꝛiginem. Ecce q̃ piculoſum eſt inire cõiugium ipſoꝝ. Caue g̃ ne vxorẽ ducaſ de domo impia vel maritum. ne ꝓtingat te deleri cum generatione tua a generatione chriſti. Sed ſi audieris parentes eſſe bonos. tũc cuꝫ omni fiducia ex eis ꝓiugem talem aſſume. ⁊ quere cõiungi generationi rectoꝝ que benedicet̃. Nam dñs in generatione iuſta eſt. ⁊ nõ coniungaris generationi peſſime adultere ⁊ puerſe. Nationes em̃ peruerſe. ſ. auaroꝝ. puerſorum. tyrannorũ. p̃donum. vſurariorum. ⁊ omniũ maloꝝ ſunt cauſe ꝓſummationis ꝓiugum. Nõ eſt g̃ ſm eos generatio diuina. ſꝫ poſt eos ſm Oſiam. qui interp̃tatur nobilis. qz fecit qđ beneplacitum erat deo. excepto hoc q̃ elatus ſacerdotalem ſibi vſurpauit dignitatẽ. volens thuribulum i templo offerre. ꝓpter qđ in fronte lepꝛa fuit ꝑcuſſus. ⁊ ſedit domi lepꝛoſus. nõ exiens vſq; ad moꝛtẽ. Caue igit̃ ne tu tibi vſurpes dignitatem nõ debitam. Sꝫ illam nobilitatem ſequaris qua facies qđ beneplacitum eſt deo. Sic xp̃us virginis filius nõ rapuit dignitatem. nec rapinaꝫ arbitrat⁹ eſt equalẽ ſe eſſe deo. p̃ri vt pontifex fieret. ſed vocat⁹ eſt vt Aaron. Sequit̃ Oſias aũt genuit Joathan. q̃ interp̃tat ꝓfect⁹. ⁊ ſic tu nõ egrediaris. ſꝫ in via ꝓfectoꝝ ꝓgredi ſemp̃ debes. qz ſm Greg. in via dei nõ ꝓgredi regredi eſt. nõ dicas. ſatis ieunaui. ſatis facultates in vſus pauꝑ largit⁹ ſum. ⁊ ſic de aliꝭ. Uũ em̃ oĩa feceritis. dicite. inutiles ſerui ſum⁹. qz in eo q̃ aliq̃s exiſtimat ſe aliquid eſſe cũ nihil ſit cadit a iuſticia ſua ⁊ humilitate ſi quaꝫ habuerit. Sic phariſeus qui oĩa bona fecerat. et ab oĩb⁹ malis declinauerat. eo q̃ ſe ꝓfectum eſſe putabat. nec in humilitate ꝓgredi volebat ad maioꝛa impetranda ⁊ facienda. ideo a via dei regreſſus iuſticia ꝓdita ⁊ humilitate ſuꝑbiuit. Xp̃us aũt nullo indigens ꝓpter nos ſe exinaniuit formã ſerui accipiens. legem impleuit. baptizatus eſt. ieiunauit. oꝛauit in cruce. Joathan aũt genuit Achas qui malus fuit. nam ydolis filiũ ſuũ conſecrauit. trahẽs euꝫ ꝑ ignẽ. nihil boni legit

